



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

Tractatvs Qvintvs. De perfectione in infirmitatibus & mortis periculis: ac de
Extremæ Vnctionis Sacramento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39652

g Ioan. 12.
25.

IMPONAMVS itaque huic tractatu de Sanctissimo Sacramento finem, dicentes de eo (quod Sanctus Ioannes dixit) superesse alia multa mirabilia, que si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi essent libri. Quare plurima, ea que grandia dicenda supersunt de eo, quatenus est Sacrificium: qua, Deo bene fauente, ponentur in Tractatu de statu Sacerdotum, & de Sacrificio Missæ.

TRACTATVS QVINTVS,
DE PERFECTIO
NE IN INFIRMITATI-
BUS ET MORTIS PERICVLIS: AC
DE EXTREMÆ VNCTIONIS

SACRAMENTO.



LTIMVM SACRAMENTVM ex quinque ad singulorum perfectionem institutis, est EXTREMA VNCTIO: qua infirmis in ultimo vite periculo constitutis datur, vt possint in sua infirmitate Christianam perfectionem conseruare & augere seque preparare ad bonam mortem, qua fit illis transitus ad æternam gloriam. Prius tamen quam in particulari de hoc Sacramento agamus, operæpretium erit rem ipsam paulò altius aggredi, & in particulari declarare, quidquid ad ipsum Christianum spectat, toto tempore, quo ægrotat, & est valetudinarius: proponendo ob oculos, & eruendo thesauros, quos in ipsis infirmitatibus DEVS reconditos habet, modumque & rationem, fructum ex iisdem infirmitatibus capiendi.

CAPVT

CAPVT I.

CAVSÆ CVR DEVS DOMINVS NOSTER HO-
minibus mittat infirmitates; & commoda quæ
inde pro suis electis eruit.

Iſupremi noſtri patrisfamilias operarijs ſolùm fuiſſet
 corporaliter laborādum, quemadmodum meſſoribus &
 foſſoribus: neceſſè fuiſſet, omnes per eandem ſanitat̄is &
 virium corporis viam deducere: ſiquidem his deſtituti &
 infirmi, penſum laboris, ad quem vocarentur, perficere
 non poſſent. Sed quoniam eorum opera ſiue labores
 præcipuè ſunt *ſpirituales*, & creſcunt in perfectione non ſolùm faciēdo, ſed
 etiam patiēdo: hinc eſt, quòd DEVS varias habeat vias, per quas eos ad
 eundem finem deducat; vt ſcilicet perfecti euadant. Quare aliquibus inte-
 gram tribuit ſanitatē, & robuſtam corporis conſtitutionem, vt opera vir-
 tūrum, quæ propria ſunt corporis: & opera Spiritus, cuius instrumentum
 eſt ipſum corpus, exercere poſſint. nam, cū illud ſanum atque robuſtum
 eſt; poteſt vtiliter Deo in illis operibus ſeruire: alios verò infirmitatibus
 ac doloribus premit: qui ad viam patiēdi peragendam ſunt aptiores: quia
 ſpiritu occaſionem præbent heroicas virtutes exercēdi, quæ ſunt cum b
patientia coniunctæ: quæ (vt S. Iacobus Apoſtolus ait) *opus perfectum habet*.
 nam & ipſum pati, eſt quoddam operari; & qui multū tolerant, inſignes
 ſunt operarij: & cum eo perueniunt, vt in vtroque, in ſanitate ſcilicet & in-
 firmitate ſtrēni euadant: tunc ſunt omninò perfecti: quemadmodum in
 Tractatu ſecundo dicere cōperamus.

SED quiſnam declarare poterit diuinæ prouidentiaæ arcana, in duplicis
 huius ſortis diſtributione? nam DEVS Dominus noſter, quod in ſe erat
 potiùs voluiſſet, homines habere naturam ſanam ac vegetam; vt & corpus,
 & ſpiritus cū facilitate & oblectatione, in omnibus ipſi ſeruirent. Quam
 ob rem in ſtatu Innocentiaæ creauit eos ſanos, & ab omni infirmitate libe-
 ros: imò etiam poſt peccatum longo tempore ſunt conſeruati in ſanitate
 robuſta. Et Iſraelitaæ ex magna Dei gratia per annos quadraginta, quibus in
 deſerto fuerunt (quemadmodum ait Dauid) *c non erat in tribubus eorum inſir-*
mus: vt ſic ad Promiſſam terram pergere, & cum hoſtibus, qui eius inſreſ-
 ſum propugnabant, pugnare poſſent. Neque enim dubium eſt, quin corpo-
 ris ſanitas & robur multū ex ſe conducant ad progrediendum in hu-
 ius vite deſerto, contendentibus ad æteruæ Promiſſionis terram peruenire:
 vt & cum Dæmonibus & vitijs congregiantur; & heroica valde opera fa-

Spiritu
 maxime la-
 boramus.

b Iacob. 1. 4.
 Pati labor
 eſt.

c. 10.

I.

c Pf. 104. 37.

ciant animæ ipsi vtilissima, magna ædificationis Ecclesiæ, & singularis auxilii proximorum: cum scilicet seueras seruant abstinentias, & asperitates, aliaque opera misericordiæ: siue corporalia ministrando infirmis & excipiendo peregrinos; siue spiritualia, gubernando: concionando, aliaque ministeria exercendo in bonum proximorum. Quamobrem cœlestis Adamus, quamuis terreni Adami miseras alias suscepit: non tamen (vt S. Thomas ait) corporis infirmitates, quæ optimæ corporis ipsius constitutioni non congruebant. Et ab eisdem infirmitatibus sacratissimam Virginem preleruauit, & Sanctum Ioannem Baptistam, aliosque clarissimos sanctos, quos vocatione speciali ad grandia opera vocauit; ideoque firma valetudine, & robustis corporibus eos præuenit: vt ingentes labores ferre possent. Qui autem donum hoc acceperunt, studere debent, (vt Sanctus Basilius ait) illud conseruare, & cum Dauide dicere: *fortitudinem meam ad te custodiam*: expertus enim erat Sanctus hic Rex, se valetudine, & viribus corporis, quas à Deo acceperat, multa præstitisse: *enam & Leonem, & vrsum interfecit, & prædam ex ore eorum eruit; & Goliath Gignantem proprio gladio ingulauit, & cum alijs multos hostium exercitus disturbasset, & Obtingentos interfecit impetu vno*. Iudicans itaque non expedire, donum adeo pretiosum indiscretè destruere, dixit Domino eius largitori: *fortitudinem meam ad te custodiam*, non inquit: ad me, sed: ad te; non, vt aliqua quæram, quæ me oblectent: sed quæ tibi placeant; non, vt mihi honorem comparem; sed in tuum honorem: vt et tibi deseruiam. Quod si tu etiam, fortitudinem tibi à Deo communitatam ipsi custodias: poteris cum ipsius auxilio passionum tuarum feras domare, inferni Gignantes vincere, vitiorum agmina dissipare, & ardua quæque gloriofaque moliri: confidens quod hac via, diuina te vocatio ducat vt in omnibus compos euadas.

3. f. 14. a.
4.

Sanitate ad
sanctitatem
vscendum.

De constitutionibus Mo
nasticis.

d Ps. 58. 10.

e 1 Reg. 17.

26. 51.

2. Reg. 23.

8.

Sanitas
conseruan
da.

2.

Lib. 31. Mo
ral. c. 31.
Gula &
Luxuria.

g Exod. 17. 1

A D E O tamen est magna miseria nostra, vt sanitatem ipsam, quam Deus nobis ad ipsi seruiendum largitur: tanquam instrumentum adhibeamus ad eundem offendendum; & quas vires in virtutibus acquirendis exponere deberemus: eadem in sequendis vitis exponamus, duobus illis præcipue, quæ Sanctus Gregorius carnalia appellat; eò quòd corpore exerceantur, carnisque voluptates tanquam finem respiciunt. siue illa sint gustatus nostri quo gula fouetur; siue tactus, quæ sunt tomenta libidinis. Corpora enim saniora & robustiora maiori vehementia solent sensualitatis passiones proferre. & quoniam in rebus delectabilibus, maiorem inueniunt oblectationem: sine freno post eas feruntur. Et vt ex aliena miseria tuam propriam agnoscas: attende, quàm malè vsi fuerint Hæbræi sanitate & corporis viribus, quas Deus illis dabat in deserto. Nam g *vbi non erat aqua ad bibendum*, statim *murmurabant contra Moysen*, tanta impatientia, vt timuerit Moyses,

ac dixit

ac dixerit Deo: *quid faciam populo huic: adhuc paululum & lapidabit me? & cum deerat illis esca, adeo irascebantur, vt dicerent, h vtinam mortui essemus in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturnitate.* Et cum Manna haberet in copia, etiam murmurauit, dicens: *i anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. & recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepa & alia: quas res pluris faciebant: quod ipsorum palato magis arri-derent.* Et cum absente Moysē, *Isedisset populus manducare & bibere: surrexerunt ludere. cuius ludi exitus fuit, colore idolum: & iterum in comederunt & adorauerunt Deos Moabitarum: vt libidinem suam explerent cum filiabus eorum.* Denique de eis dixit Moyses *n increffatus est dilectus, & recalcitrauit: increffatus enim fuit constanti sanitate & viribus, atque diuitijs: recalcitrauit autem contra DEVM à quo illa acceperat.* Hi sunt fructus sanitate & virium corporis effrænium. nam quemadmodum fortis & lasciuus equus, si fræno pareat, seffræni adfert honorem, & periculum euadere facit: si autem est indomitus, & effrænis, eundem præcipitat: ita corpus, quod animæ ipsi est instar equi, cum sanum & robustum est, si simul sit subiectum & rationis fræno contineatur, honorem adfert dirigenti: nam quemadmodum Deus dixit S. Iob: *o in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio, & victor ex periculis exit: At si non sit benè domatum, miserè præcipitat animam in ea vitia, ad quæ ipsum propendet.* Quis enumerare poterit voracitates, ebrietates, & idololatrias ventris eius; quæ pro suo habet DEO: quid dicam de ludis, solatijs inanibus, & alijs carnis appetitionibus, quas tanquam Dominas agnoscit: quid de murmurationibus, furijs, & vindictis, quas adinuenit contra impediētes voluptates & ambitiones suas: quod si cum sanitate, etiam diuitia & potestas coniungantur: ex his tribus arma sibi conficit, ad totum virtutum regnum perturbandum: omniaque vitia in earum throno collocanda, pper tria (inquit Sapiens) mouetur terra & turbatur; *& quartum non potest sustinere: per seruum, cum regnauerit; per stultum, cum saturatus fuerit cibo; per odiosam mulierem, cum in matrimonio; fuerit assumpta; & per ancillam, cum fuerit hæres domina sua.* An nō seruus, qui regnat, corpus est sanum & robustum: quod in animæ regno præsidet, habetque potestatem, vt quod libet faciat? & an non stultus latur est sensuum appetitus, ciborum abundantia enutritus, & viribus pollens ad sua desideria explenda? & an non odiosa, ac litigiosa mulier, quæ in matrimonio assumitur, est lasciuia ipsa sensualitas, quæ vult ipsi spiritui æquari; eumque vexat: nisi, quidquid ipsa cupit, obtineat? ac denique, an non ancilla dominæ suæ hæres, est ipsa caro; quæ ibi vsurpat omnes diuitias, quas ipsa ratio deberet alijs gubernare; ipsa tamen eas potius expendit in ijs quæ suo palato

placent

Iudai sanitate abusi.
h Exod. 16.3i Num. 21.5.
k Num. 21.5.l Exod. 32.6
m Nū. 25.2.n Deut. 32.
15.

o Iob. 39.21.

Tria corporis arma.

p Pro. 30.21

placent? Quatuor hæc *conscientiam* propriam turbant, *familiam* inquietam reddunt, & totam *Rempublicam* disturbant: eò quòd statutum à Deo ordinem, & quòd ipsa prudentia dicat, non seruant; sed corpus ipsum, quòd alioquin tanquam mancipium seruire debuit, potiùs tanquam Rex gubernat, & quòd esurire potiùs semper debuit, comedens & bibens efficitur furiosum; & sensualitas quæ tanquam ancilla esse debuit, gubernat & imperat tanquam Domina; & cum caro esset tanquã ancilla tractanda, ipsa obtinet quidquid libet. Quòd si diuina misericordia tantam inordinationem non reduxerit in meliorem ordinem; & hisce feris arma non subtraherit: non erit earum insolentiarum numerus; semper enim vires & facultates suas in peccatis multiplicandis collocabunt.

S. I. *Bona ex infirmitate.*

EX his suauißimam Dei nostri prouidentiam agnosces: qui videns multos ex suis electis in huiusmodi miserias incidisse, ob sanitatem & corporis vires, quas illis communicauit; aut altissima sua sapientia multò antè præuidens, eos in similes lapsuros, si sani & robusti corpore uiuerent: decreuit eos per viam infirmitatum ac dolorum deducere: vt omnia hæc mala auerteret, suisque diuinis donis eos locupletaret.

NAM infirmitates domant insolentes nostrorum corporum equos, eorumque passiones cohibent, ne contra spiritum, qui eas non poterat continere, præualeant. Nam (vt S. Gregorius ait) caro doloribus non afflicta, effrænata est in tentationibus: quis enim nesciat, quòd melius sit arde-
re febrium, quàm igne vitiorum? cuius ignis si memor fueris, non con-
quereris de ea flamma, quæ à tali præferuat incendio. Propterea enim Deus infirmanti Iob dixit: *q memento belli, neque ultra addas loqui.*

QUOD si dixeris, macilentum ex infirmitate equum, sistiturum in medio cursus: potiùs credendum est DEVM eam infirmitatem statuere, tum vt fræni instar illum contineat in cursu vitiorum, ad quæ currebat: tum vt quasi calcaribus illum vrgeat, vt in cursu virtutum celerius progrediatur. Memento (ait S. Gregorius) mali illius Prophetæ & Balaam, qui *insidens asina proficiscebatur, vt malediceret populo Dei.* quæ tamen iter eius impediuit, videns Angelum gladio sibi minantem. Licet enim Balaam eam verberaret, noluit tamè progredi, sed potiùs inxit se parieti, & attriuit sedentis pedem & cum adhuc illum ampliùs verberaret concidit sub pedibus sedentis, ita illos ledens, vt neque pedes iter suum prosequi posset, & tunc asina locuta est conquerens, quòd percuteretur; sed & Dominus aperuit oculos Balaam, vt videret Angelum stantem in via, euaginato gladio quem adorauit pronus in terram: & tunc dixit: *Si displicet tibi, vt vadam, reuertar.*

Lib. 33. Moral. 6. 7.
Passiones
cohibet.

q Iob. 40. 27
2.

3. p. Pastor.
admpni. 15.
1 Num. 22.
23. 2. Petri
2. 15.
Vicia fra-
nas, virtu-
tes promo-
uet.

QVO facto docemur, carnem doloribus oppressam detinere malos spiritus gressus, eiusque excessus corrigere: quia præbet illi occasionem aperiendi oculos, ut inuisibilem castigantem videat; suamque superbiam agnoscens, ad pedes creatoris sui procidat: & offerat se, ad prauos suos gressus in meliores commutandos.

QVI autem meliores gressus esse possunt: quàm si quadruplicem inordinationem ex prosperitate exortam, in bonum ordinem redigat: agridudo enim corpori detrahit *sceptrum*, quo imperabat, illudque tanquam seruum sibi subijcit; illa *stultum*, sua saturitate defraudat; & pœna inflicta sapientem reddit; lasciuia insolentis *sensualitatis* domat: ut rationi subiecta pacem habeat; *carni* quoque hereditatem aufert, quam habebat; efficitque, ut illa tanquam ancilla cum deteriori & laboriosissima huius mundi portione sit contenta.

QVARE quod flagellationes, ieiunia, & aliæ corporis asperitates in sanis corporibus efficiunt: id morbi & dolores efficiunt in infirmis. idque modo quodam perfectiori ac securiori: quia mundi sunt à voluntate propria, & inani gloria. mortificant verò ipsum cor in re, quæ maximè sentitur. Et quamuis tales dolores & morbi in sua radice & origine sint necessarii: diuina tamen gratia eos reddit voluntarios, faciens ex necessitate materiam virtutis. aded enim eos tolerantés delectantur: ut ijs, quos necessariò se vident sustinere, spontè & electione sua multò plures addant: quibus se ipsos clarissimos & excellentissimos reddunt.

MAGNAM laudem promeritus est S. Iob ex vita sua exemplari, quam dum diues esset ac sanus ducebat: at Dæmon (quemadmodum Sanctus Chrysostomus aduertit) parui hanc eius virtutem faciebat: eò quòd videret illù magnis diuitijs ornatum pugnare; & quamuis post ablatas diuitias magna dederit suæ sanctitatis indicia; nec tamen hoc Sathanas pro magno habuit: eò quòd videret illum sano adhuc corpore pugnare: at quando Deus potestatem illi fecit, eius *carne[m] tangendi*, & *ipse percussit illum ulcere pessimo, à planta pedis usque ad verticem eius*: vidit verò illum etiam adhuc heroicas virtutes prodere, obmutuit, seseque victum agnouit ab eo, quem videbat æquè celeriter in aduersis currere, atque in prosperis cucurrillet. Sed quomodo in suis infirmitatibus ac doloribus cucurrit? eadem scriptura loquitur dicens: *quod testa saniam radebat sedens in sterquilinio*. Parui certe faciebat suos dolores, qui non molli aliquo linteo, sed testa dura vulnera sua radebat; cuius asperitate magis dolorem augebat. Et eodem spiritu dicebat; *quis det mihi, ut, qui cepit affligere me dolore, ipse me conterat: soluat manum suam, & si ita placet, succidat me*. O patientiam heroicam! ò magnanimam resignationem! ò felicem infirmitatem, quæ aded virtutem attollit!

3.
Quatuor
bona infirmitatis.

4.
Infirmitas
mortificatione
potior.

5.
Hom. 1. ad
populum.

Iob. 1. 10.

(Iob. 2. 2. 8.
S. Greg. 161

Infirmitate
Iob vicit.

Iob. 6. 3.

6.
u 1. Tim. 5.
23.
x 2. Cor. 12. 9
in Pjal. 69.

Omnes vir-
tutes exer-
centur.

7.

y Luc. 16. 22.

Anima pur-
gatur.

z Ioan. 5. 8.
Serm. 28. in
illud: erunt
duo in lecto
vno.

a Ioan. 5. 14
supra, ad-
mon. 13.

b Prou. 5. 6.

IAM HOMINUM: u *sanctum I moheum*, grauibus *infirmatibus* vexari, & continuo *stomachi* dolore: & nihilominus *aquam bibere*, qua illum au-gebat! iam non miror, Deum nolle Sancto Paulo Apostolo x *stimulum* *lucæ carnis auferre* (quem Sanctus Augustinus existimat fuisse infirmitatem quandam, aut grauem corporis dolorem) siquidem dixit ei, *virtus in infirmitate persequitur*. cum enim nullam particularem virtutem exprimit: ostendit, omnes in infirmitate perfici: charitate in DEVM, amoris proprii mortificatione; misericordia in proximum, discendo ex propria miseria compati alienæ; obedientia, conformando propriam voluntatem cum diuina in omnibus ijs, quæ pœnam inferunt; patientia in acceptando corporis cruciatu, cum spiritus lætitia. & reliquæ mortales virtutes, cum in hoc conflatorio purificantur, prodeunt tanquam aurum splendidissimū propter occasionem, quæ ibi est, maiores difficultates vincendi, earumque actus magis heroicis exercendi.

QVID verò dicam de efficacitate infirmitatum ad animam in hac vita purificandam ab omni eo, quod ingressum impedit in gloriam? Nam quem admodum y *Lazarus* ille *mendicus*, ob heroicam suam patientiam, quam habuit in doloribus: statim post mortem, *portatus fuit ab Angelis in sinum Abrahe*; ita proluxa tuæ infirmitates, pro purgatorio tibi erunt: vt in eis purificato liceat tibi statim atque mortuus fueris, cœlum ipsum intrare. Quod si DEVS D. N. sanitatē tibi restituere noluerit: infirmitates tibi ex vsu fuerint, vt modum discas, quo te in eis gerere debeas: sequens consilium CHRISTI, cuiusdam alteri infirmo datum: *z tolle grabatum tuum & ambula*. corpus tuum (ait Sanctus Ambrosius) est lectus, & grabatum animæ tuæ: quæ, cum infirmatur ob vitia & peccata, corpus eam furioso quodam passionum impetu raptat: at cum illa ex spiritualibus infirmitatibus sana exsurgit, incipit corpus suum tollere, quo voluerit illudque ita animæ subijcitur, vt permittat se portari. Quid igitur est, quod Christus dicit: *tolle grabatum tuum & ambula*? nisi dicere: quia tot infirmitates ac labores patienter tulisti, ecce ego & corporis & animæ sanitatem restituo, cum huius integro supra illud Dominio, vt vtrumque vnà progrediatur de virtute in virtutem vsque ad omnium fastigium, & perfectionem. Sed ne adhuc securum te reputes: siquidem eadem ipsa sanitate etiam per Sacramentum & miraculum tibi reddita abuti potes: memor esto eius, quod idem Saluator eidem infirmo dixit: *a ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat*. Audi Sapientis consilium, quod pulcherrimè declarat Sanctus Gregorius. b *Nedes* (inquit) *alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribus tuis & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum sine vlla utilitate.*

Quali

Quasi dixerit: Ne degeneres à nobilitate hominis: nec annos tuos expendas, tuis hostibus, eorumque Duci Sathanæ inferuendo: neque enim par est, vt fructum illi accipiant ex viribus quas DEVS tibi dedit; & vt labores tui non domum animæ tuæ ditent, sed alienam; quæ est infernus: salutem & facultates tuas absque vlllo remedio perdendo, eò quòd eis fueris vsus ad peccandum.

§. 2. *Infirmities magnorum Sanctorum.*

PROGREDIVR verò vlteriùs Dei Domini nostri potentia, seque prodit in eo, quod suis electis bonum sanitatis cum ipsa infirmitate coniungat, auxilium eis præbens, vt æquè infirmi laborent, atque si sani essent; iuxta illud Apostoli: *cum infirmor tunc potens sum* quia diuina gratia fouet imbecillitatem meam, magnisque auxilijs spiritui meo oblati, virium corporis defectum supplet. Stupenda fuerunt in hoc genere Sanctorum Patrum exempla: qui admiranda opera cum grauissimis morbis coniunxerunt. Quis non obstupescat S. Gregorium Magnum, de quo dicitur: admirabilia sunt quæ dixit, fecit, scripsit, decreuit, præsertim infirma semper adeoq; ægra valetudine, vt vel ea audire, quæ ipse in suis Epistolis refert, magnam commoueat compassionem. Quid verò dicam de Sancto Bernardo, de Sancto Francisco, de Sancta Clara, & de Sancta Catharina Senensi, alijsque Sanctis, quos DEVS per vias deduxit admirandus, coningens in eis sanitatis & infirmitatis fructus: laborabant enim frequenter, atque si essent sani, licet multa paterentur, quia ægroti erant: & vocatio diuina, quæ per vtramque viam eos deducebat, ita adiuuabat, vt essent in vtraque perfecti. Licet interdum infirmitas augetur, vt patiendi merita etiam crescerent; & interdum rediret sanitas, vt possent feruentius laborare. Hic ille est feruens status, quem & alijs consulebat, & ipse sequebatur Apostolus cum diceret: *d in omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in virtute Dei, pugnantes per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriã, & ignobilitatem; per infamiam & bonam famam;* quibus etiam adde: per sanitatem, & infirmitatē; per fortitudinem, & imbecillitatem; per dolorem, & leuamen: ad vtramque siquidem manum paratum esse decet strenuum Iesu Christi militem, que cupit esse perfectus.

EX HIS licet deducere aliquas causas magis particulares, cur DEVS D. N. viros sanctissimos morbis affligat. quos colligit Sanctus Chrysostomus, perpendens exemplum Sancti Timothei discipuli sancti Apostoli Pauli,

2. Cor. 12.
1.

Multi infirmi magna curarunt.

2. Cor. 6. 4

Sis ambidexter.

Tom. 1. ad populum.

c. 1. Tim. 13.

Providentia
Dei in infir-
mitatibus.1.
Ob Humili-
tatem.2.
ut Deus lan-
detur & nō
Homo.3.
Efficacitas
gratia.4.
Puritas in-
tentiois.5.
ut maiora
præmia
sperentur.

quæ *frequentes* patiebatur *infirmities*: cum aliàs semper esset in prædicatione, & promulgatione Euangelij occupatus, quæ tunc aded erat pro totius uniuersi bono necessaria. Et tamen nec discipulus à Magistro petijt sanari quemadmodum alios multos sanabat; nec Magister id voluit illi præstare, quod alijs promptè præstabat: sed satis sibi esse existimabat remedium proponere: ne *aquam* solā biberet, vt consueuerat, sed *modico vino* uteretur, valdeque temperato: vt foueret, & confortaret *stomachum*. Vterque enim in ea infirmitate agnoscebant *providentiæ* diuinæ consilium, cū qua & optabant, & gaudebant voluntatem suam conformare: venerantes causas, cur *Deus* eam infirmitatem permitteret: quas Sanctus Chrysostomus ad octo præcipuas reducit: Ne scilicet, videntes magnalia, quæ *Deus* per ipsos operabatur, superbirent; sed, imbecillitatem suam in ea infirmitate agnoscentes, se se demitterent, ac verè humiles euaderent.

DEINDE: vt ceteri homines ipsorum miracula & ingentia opera, ac porro ipsos etiam morbis subiectos cernentes, agnoscerent, illos esse eiuſdem massæ homines, cuius ipsi essent: *DEO* *QUE* tribuerent illa opera, cuius reuera erant: gratiasque & gloriam propterea illi tribuerent.

ET hinc oritur *tertia* causa: vt scilicet *Deus* in eis ostenderet gratiæ suæ supremam efficacitatem: vt quæ faceret opera aded prodigiosa per infirma aded instrumenta, supplens auxilio suo, quod humanæ deſiderimbecillitati.

QUARTA, vt admiranda virorum illorum patientia & puritas, qua *DEO* seruibant, mundo innotesceret. quia non ob aliquod interesse, aut delicias, quas quærerent, seruibant; siquidem fideliter seruientes, dolores potius & cruciatus sustinebant: sed quia *Deus* talis erat, vt eum amare, atque fideliter seruire gauderent: etiam si ille ipsos affligeret & cruciaret.

OBITER tamen *quinta* causa insinuatur, qua oculi nobis aperuntur ad ingentia præmia cognoscenda, quæ *Deus* illis in cælo reseruat, reddetque in generali resurrectione, cum gloriosa illis corpora restituet. quibus in hac vita, propter fœdela obsequia, non præmia, sed multas reddidit tribulationes. Si enim cura tibi est, vt operarijs, qui in tua vinea, vel domo laborarunt, mercedem reddas; nec vis è domo tua eos abire, cum labori suo finem impoluerunt, quin mercedem statim accipiant: quantò magis supremus noster Paterfamilias, si non videtur in hac vita operarijs suis mercedem reddere, sed potius eos aduersitatibus grauibusque laboribus onerat: volet in fine clarissimis illos præmijs afficere, vt dolorum præteritorum obliuiscantur.

HINC

HINC SEXTA oritur causa: vt scilicet magnam ex Sanctorum exemplis consolationem concipias, cum videris te in similes aduersitates incidisse: & te ipsum ad eas ferendas excites, quemadmodum suas illi tulerunt; & speres tibi ad finem vitæ mercedem copiosam reddendam, quam illi fuerunt consecuti.

IMò etiam, vt intelligas: cum te ad S. Pauli, S. Timothei, & reliquorum Sanctorum imitationem exhortamur, non proponi tibi homines alterius naturæ, quàm sit tua: siquidem easdem in eis infirmitates & miseras cernis, quas tu sustines: & intelligas, quòd quemadmodum tribulationum eorum particeps efficeris: ita possis eisdem in virtutibus imitari.

QUAMOBREM S. Iacobus Apostolus, cum Eliam Prophetam imitandum nobis proponit in feruore & fide orationis suæ: *f. Elias, inquit, homo erat similis nobis passibilis, & eisdem passionibus subiectus, quas nos patimur: & nihilominus oratione clausit caelum, ne plueret; Et rursus aperuit, vt plueret. & Sapiens de se ipso dixit: g. sum. & ego mortalis homo similis omnibus in conceptione & natiuitate mea; & in reliquis, quæ in infantia omnibus eueniunt & nihilominus optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & veni in me spiritus Sapientia: & preposui illam regnis & sedibus; & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.* Quibus omnibus moneris, quòd qui eandem habes naturam, eisdem quoque gratiæ sis capax, si te velis ad eandem obtinendam animare.

DENIQUE vult Dominus noster, te discere recto iudicio iudicare, quis in hac vita sit beatus; & quis in eadem infelix. quòd scilicet huius vitæ felicitas non in sanitate, diuitijs, & huiusmodi honoribus; sed in veris, solidisque virtutibus consistat. contra verò infelicitas non in infirmitate, paupertate, aut ignominia: sed in vitijs & peccatis consistat. ac proinde si diuites vitiosi sint, eos verè esse infelices: infirmos verò & pauperes, si sancti sint, verè beatos esse ac felices: & quo magis sunt tribulati, eò esse gloriosiores ac beatiores. nam *h. tribulatio* (vt Apostolus ait) *patientiam operatur: patientia autem probationem; probatio vero spem: spes autem non confundit* nec inanis remanet: sed potius multò plura recipit, quàm vel cogitare poterat, se potuisse sperare: *quia charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui aliquid benè sustinent, per Spiritum sanctum, qui eis datur, & in eis manet; cuius presentia gaudijs diuinis eos replet.* Ac propterea idem Apostolus *gloriabatur in suis infirmitatibus, tanquam virtutis Christi in eis venientis præcursoribus, & metatoribus.*

HINC oriuntur dulces illæ querelæ, inuidiæ sanctæ, & zeli ac æmulationes feruentes inter ipsos iustos. Nam qui sani sunt, infirmis inuidet, videtes, eos suis infirmitatibus proficere; se verò indignos reputant illis aduersitatibus: & exiguæ suæ virtuti attribuunt, quòd DEVS similes probationes

6.

*Ne deficias
in aduersi-
tatis.*

7.

*Sancti eius-
dem nobis-
cum fue-
runt natu-
ra.*

f. Iacob. 5. 17.

g. Sap. 7. 1. 7.

8.

*Sola virtus
beatos effi-
cit.*

h. Rom. 5. 4.

i. 2. Cor. 12. 9.

*Sancta æ-
mulatio.*

eis non mittat: & ita seipfos ad magis laborandum excitant; vt assumptis spontè alijs laboribus & asperitatibus obtineant, quod infirmitatibus non obtinent. At infirmi ipsi etiã sanctè intudent sanis, videntes insignia opera, quæ in Dei obsequium, & eius Ecclesiæ utilitatem præstant: suis verò peccatis attribuunt sanitatis defectum, minusque recto eius vsui, illam haberent. Non conqueruntur ob ea, quæ ipsi sustinent, sed quæ alijs ipsorum causa tolerant. Conqueruntur, quòd non possint ieiunare, non vigilare, nec præstare quod alijs præstant: & quod cogantur delicatius comedere, quàm alijs; & eximi ab oneribus, quæ alijs portant.

Q V O D tamen torum in humilitatis & patientiæ materiam conuertunt, agnoscentes supremam Dei prouidentiam, eiusque consilijs se subiicientes: eum in modum, quo *k Jacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigium virgæ eius: reuerentiam exhibens supremæ eius potestati, & authoritati, qua ibi fungebatur.* Ita igitur in tuis infirmitatibus supremam Dei gubernationem reuereberis, gaudens, quòd suam in te impleat voluntatem, quæ semper tendit in id, quòd eius electis est utilissimum.

*k Heb. 11. 12.
Gen. 47. 31.*

*LXX ver.
seruunt, sum-
mitatem
virgæ eius.*

CAP V T II.

*AFGRITVDINEM ESSE MEDIVM AD
Orationis donum impetrandum; & varios esse in ea oran-
di modos, actusq; virtutum heroica-
rum.*

INTER magna alia bona, quæ infirmitas ex diuinæ prouidentie consilio adfert, illud est præclarissimum, quòd doceat ORARE, sicut oportet. ea enim vitur DEVS, tanquam instrumento, vt ægrotanti largiatur donum orationis: quatenus infirmitas aperit *utriusque* cognitionis oculos, quibus oratio nititur. Altera est cognitio peccatorum, & miseriarum *nostrarum* altera vnicui earum reparatoris, DEI scilicet Domini nostri. Vix enim Christianus aliquis etiã dissolutis moribus, inuenietur, qui periculosa infirmitate laborans, non aperiat oculos, sicut alter Tobias, huius aduersitatis a felle tactus, ad suas culpas agnoscendas, propter quas huiusmodi pœnam est promeritus; & miseriam suæ mortalitatis; & periculum, in quo videt se constitutum, suæ damnationis & simul eos aperit, vt videat, mali huius remedium, à Deo sibi prouenturum, in cuius manibus est salus & infirmitas; vita & mors, & ipsius malorum leuamen: quibus cogitationibus affectus excitat suæ voluntatis, & suas orationes ad eum dirigit, qui possit ipsum à tantis miserijs liberare. Quamuis Rex Antiochus impijssimis esset omnium,

*Duplex cog-
nitio Ora-
tionis.*

a Tob. 11. 13.

qui

quierant in mundo; quando tamen b *Deus percussit eum infamabili & insensibili plaga: (ait Scriptura diuina) quod coeperit ex graui sepebia deductus, ad agnitionem sui venire, diuina admonitus plaga; & c reminisci malorum, que fecerat in Ierusalem; unde & abstulerat omnia spolia aurea, & argentea, que erant in ea; & miserat auferre habitantes Iudeam sine causa. Ait: batque: cognoui, quia propterea inuenerunt me mala ista. Sed & in Dei cognitionem ueniens, d per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus, cum nec ipse iam factorem suum ferre posset, solennem illam protulit sententiam. Iustum est, subditum esse Deo, & mortalem non patriam Deo sentire. Et hoc sensu affectus orare cepit, & peccatorum veniam petere: sed quoniam valde profunde in eis erat immersus, eius oratio multos habuit defectus. quia potius orabat, ut a penis liberaretur, quam a culpis: & spem multam dicebat se habere effugiendi infirmitatem corporis; pluris illam faciens quam animam. Multo autem melius orare didicit e Rex Ezechias, cum agrotaret usque ad mortem. cum .n. de imminente morte ab Isaia esset admonitus, ex ipso lecto Oratorium fecit: & conuertens faciem suam ad parietem, ut recollectior esset, tot lacrymis, tanta reuerentia, ac fiducia Dominum orauit, ut sententia mortis in se iam lata reuocationem impetrauerit, dixit. n. illi Dominus: audiui Orationem tuam; & vidi lacrymas tuas: & ecce sanauit te, & addam diebus tuis quindecim annos: & huius signum dedit, quod umbra in horologio retrorsum reuersa fuerit decem gradibus. Ut hinc appareat, agritudinem in iustis Magistram esse feruentis & fiducialis orationis; & impetrare a Deo, quod petit, & quatenus illi expedit. ita. n. S. Iacobus dixit: oratio fidei, cum fide scilicet facta, saluabit infirmum; & obtinebit quod petit, & multo plura: emollitur. n. Deus afflicti hominis lacrymis, ad ipsum pro remedio recurrentis. Nec existimes, huius Regis orationem breuem fuisse, & obiter factam: ipse. n. ait; se in illis angustijs, tanquam columbam meditatam, iungendo meditationi gemitus, & recogitasse oēs annos suos in amaritudine animae suae: & oculos suos attenuatos fuisse suspicientes in excelsis; & exclamasse: Domine uim patior, responde pro me: quia in magnas angustias haec me infirmitas coiecit. subueni mihi, & ab ea me eripe. Quomodo autem, & quando accessit, ut subueniret, eiusque petitioni responderet: o diuinae misericordiae sublimitate! o efficacitate orationis, a diuina gratia, infirmitatis tempore inspirata: vix Propheta (qui Dei nomine iusserat Regem disponere domui suae eo quod ex illa infirmitate esset moriturus) ad palatij atrium exiuerat, cum iubet Deus, eum redire ad Regem, ac significare: audiui Orationem tuam, & annuijs, quae petebas. Nec his contentus, in reuersione umbræ per 10. lineas in horologio, voluit, illi praecipuum sanitatis eius fontem & causam, diuini scilicet. Verbi Incarnationem, aperire. quod, dum hominis naturam assumpsit, nouem choris Angelorum se minorem fecit: (quia homo chorum decimum & ultimum occupat) ut ad mor-*

2. M. ac. i
9. 5. 11.

1. Mach. 6.
12.

1. 2. Mach.
12.

4. Re. 20. 1
Isaia 38. 5.

1. Iacob. 5. 15.

1. Isaia 38.
4.

Incarnatio
nisi propheta.

ad morbos nostros curados veniret: quemadmodum ipse per suum Prophetam dicit: *h* *I*sa. 61. 1. *h* *S*piritus Domini unxit me: ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, ut consolarer omnes lugentes, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu. Ex quo apparet, merito dixisse Ecclesiast. *i* *f*ili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum: sed ora Dominum, & ipse curabit te; quasi dixerit, cum fueris aegrotus, ne deficias animo, aut diffidas, sinens te absque remedio mori: sed attende, infirmitatem excitatricem esse orationis: confidenter autem orans fructum ipsam experientiam percipies.

§. 3. De ordinaria & extraordinaria aegrotantium oratione.

k *Sap.* 9. 15. **S**E D quoniam multi difficilem existimant orationis exercitationem in aegritudine; eod quod *k* *corpus, quod corrumpitur, aggrauet animam; dolores attentionem cordis auferant, & affectuum feruorem heberent: operae pretium erit ostendere, quibus modis suauiter, & vtiliter id fieri possit. Est autem praemittendum duplicem esse orationis modum: alterum ordinarium, alterum extraordinarium: extraordinaria oratio, industriae nostrae parum, diuinae gratiae plurimum habet: nam ipsemet *D* *E* *V* *S*, fidei mysteria ita manifestat, quasi depicta essent in aliqua imagine, aut in libro Scripturae; aut quasi Magister discipulum instruens, aut amicus familiariter cum amico loquens, eique sua arcana reuelans: ita ut homo non aliud faciat, quam aspicere, legere, vel audire quod illi ob oculos proponitur, & quod valde delectetur. & hac ratione solet *D* *E* *V* *S* *D*. *N*. donum orationis magnis aliquibus suis amicis in aegritudine communicare: idque ob aliquam ex tribus causis. *vel*, quod tunc sit maior eorum necessitas; minor verò ad orandum facultas, ob debilitatas vires, *aut*, quod, ad tale donum suscipiendum, magis tunc sint dispositi; eod quod carnis insolentiae magis tunc sint mortificatae; ipsique euulsi a rebus huius vitae, & suae miseriae reparatori addicti magis & coniuncti; *aut* denique, quod ipsemet *D* *E* *V* *S* praestare tunc velit officium veri amici, cum videamus, consueuisse amicos, aegritudinis tempore, ad amicos accedere, illis consolari: & ita apud eos haerere, ut à lecto, in quo iacent, non discedant: imò si opus est, ipsum lectum & puluinar substernant, cibumque ipsum in os ponant; & omne solatium offerant, quod in illis angustijs possunt. Ita supremus noster *D* *E* *V* *S*, misericordiae suae visceribus, aegrotanti amico compatitur; visitat internè, comitatur ac magnam illustrationum sensuumque spiritualium abundantia recreat: quibus crucis lectum, in quo iacet, emolliit, & sternit, iuxta illud *P*salmi: *I* *D*ominus opem feret illi, super lectum doloris eius: *uniuersum stratum eius versabit in infirmitate eius: quasi dixerit: tu Domine stabis propè lectum eius, eum in luis doloribus consolans; & quasi eius infirmarius illi ministrabis: atque ita illum recreabis.**

Extraordi-
naria infir-
morum ora-
tio.

Tres eius
causae.

I *P*sal. 40. 4.

creabis.

creabis, ut ægritudinis duritiem, ac gravitatem non sentiat. Et quemadmodum infirmus in his occasionibus non aliud facit, quam molli & blando lecto uti, quem infirmarius illi sternit; ita in hoc modo orationis, non aliud facit, quam favorem & studium Christi accipere, quod Sanctus Dionysius vocat, *patri divina*. est tamé magna fœlicitas, res ad eò diuinas sustinere: quia idiuvat ad humanas miseras cù læticia tolerandas. Quod licet nō cadat sub nostris meritis: potest tamen ægrotus sese disponere, ad illud in eò gradu suscipiendum, quo ei expediet. adhibendo scilicet patientiam, & resignationem sui ipsius in infirmitatis laboribus; & reliquas virtutes, quæ in ea exercentur: nominatim verò ordinariæ orationis exercitia, quæ omnibus possunt esse communia.

QVA *ordinariam* orationem potest ægrotus varijs modis habere, non tam prolixis intellectus ratiocinationibus, ac meditationibus; quam accessis affectibus, & virtutum actibus: suppositâ memoriâ & notitiâ aliquarum veritatum, quas fides reuelavit; & alias, aut legit, aut meditatus est, aut ipso tempore legere potest librum aliquem, aut alium legentem audire; & ex ea lectione bolum aliquem sumere, quò ipsa consideratio magis excitetur; affectusque deuotionis, petitiones & colloquia, cum ipso Domino nostro extimulentur: intuendo illum, ut præsentem nunc in cælo, in throno gloriæ suæ; nunc in lecto & throno crucis; iam propè ipsum ægotantem & ad caput eius: siquidem reuera, quæ DEVS est, omnibus, quæ ipse ægrotus facit, aut patitur, est præsentissimus: & omnipotentia sua illi, ut auxilietur, assistit. Quare ex ipso lecto potest ægrotus ipsum Dominum demissè salutare, siue in cælo existentem, siue in crucis lecto pendentem: & alias potest eundem salutare, & cum eo comminutus colloqui: oratio enim ad vtramque manum potest adaptari. quæ salutationes & colloquia prolixa esse non debent, sed breuia; vel medium enim verbum Deo, qui omnia nouit, sufficit. in cuius auribus dulcius sonant feruentia desideria, quam prolixa ratiocinationes. Quare ad hanc rem aptissima sunt orationes, quæ appellantur *iaculatoriæ*, quoniam citissimè tanquam hasta & sagittæ, à corde iaculata, volant in cælum, & comparent ante Dei tribunal: nec, nisi expedito bene negotio, redeunt: eò quòd fundantur ab homine infirmo, contrito, & humiliato, orante in fide, & fiducia, & charitate; & sic exercente tres hæc virtutes Theologicas, quæ plus cæteris feruoris & efficacitatis orationi tribuunt. Huius rei praxim subiiciemus paulatim in aliquibus Scripturæ Sacræ exemplis, in quibus ea est perfectè depicta, ac delineata.

Ægrotus ad eam se disponere potest.

Ordinaria oratio.

Iaculatoria orationes.

§. 2. *Modi orandi per varios affectus.*

I.
Cum sorori-
bus Lazari.
k Ioan. 11. 3.

l Ioan. 3. 16.

Resignatio.

2.
Cum centu-
rione.
m Luc. 7. 3.
n Matt. 8. 6.

Corpus ser-
uus anima

PRIMVS ergo modus orandi est, aspiciendo ipsum Dominum nostrum tanquam absentem. solet enim ipse aduersitatum tempore talem se exhibere, ad nostram fidelitatem, & constantiam probandam: nec tamen propterea expedit, prætermittere, nuncios & orationes ad illum mittere. proponentes nostras necessitates, & titulos, siue causas, cur petamus eas reparari. Hanc rationem secuta sunt Martha & Magdalena, cum earum frater Lazarus infirmaretur, ipso Christo absente: ad quem illæ hunc nunciū miserunt: *Ecce, quem amas, infirmatur.* & quamuis hæc orationis ratio propria sit iustorum, qui pignus & testimoniū habent, quod amentur à Deo, ob præstita illi obsequia: licet tamen, eandem adhibere penitentes & cōpunctos peccatores: siquidē tales *Deus aded dilexit*, ut propter eos homo fieret, crucisq; mortē obiret. & ut S. Augustinus dixit: nisi Deus peccatores dilexisset, nunquā iustos homines habuisset. Innitens ergo huius Domini charitati, qui aded te dilexit: potes similem ad eum nunciū mittere, adsciscendo ad hoc Martha & Mariam sorores, quæ sunt *Spei & Charitatis* virtutes; quæ plurimū apud Deum valent, facilemque ad eius præsentiam aditū inueniunt possuntque demissè ei dicere: *Domine: ecce, quem amas, infirmatur:* non dico, Domine, ut me sanes; sed ut in hac occasione amorem mihi ostendas, quo me prosequeris: non enim scis aliquem diligere, ac deserere. Da mihi quod magis expedit: quidquid enim dederis, ab illo amore procedet, quo me dilexisti. Hoc amore me ex nihilo creasti, corpusque & animam dedisti; Ecce, Domine, quod mihi dedisti corpus, infirmatur: si vis, potes illud sanare, ut tibi seruiat: quocumque autem modo mecum egeris, ostendam ego amorem, quem desidero erga te habere: amando te, sicut tu me amas; & seruiendo tibi in infirmitate, aut sanitate, quam mihi dederis.

Quod si teneri huiusmodi affectus non sint arido tuo cordi satis aptilicabit orare, quemadmodū Centurio: qui seruū, quem valde diligebat, habebat paralyticum. is enim in *Misit ad IESVM seniores Iudæorum, dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* & cum Christus responderet, se venturū, dixit Centurio: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meū: sed tantūm dic verbo, & sanabitur puer meus.* Seniores verò rogabant Iesum sollicitè, ut concederet quod petebat, dicentes: *quia dignus est, ut hoc illi præstet: diligit. n. gentem nostrā; & Synagogam ipse nobis ædificauit.* Quis verò seruus erit iste, Centurioni aded pretiosus nisi ipsū corpus, quod est quasi seruus spiritus, qui tanquā Capitaneus siue Centurio habet sub se multos milites, potentias sc. ac sensus imperio ipsius obediētes, & ipsummet corpus, quo in suis actionibus utitur, quodque tanquam rem suam diligit: Et tamen, quando ægrotat, parum aut nihil potest: ideoque eius imbecillitatem

& ærti-

& aegritudinem sentit quasi propriam. Ac propterea recurrit ad D. N. vt sanitatem illi restituat. sed quoniam vilitatem suam agnoscit, non audet solus in eius conspectum venire: ideoq; Seniores mittit, qui pro ipso rogent, quales sunt *pauperes*; quos suis elemosynis, bonisque alijs operibus fouit, scriptum est enim: *o Conclude elemosynam in corde pauperis, & hac pro te exorabit.* Quod si eo vsque talia opera non fecit, studet statim ea facere, vt orationem suam bonis operibus comiteret: & magis innitens liberalitati & omnipotentiae Domini, quam suis obsequijs, quae pauca sunt, dicit: Domine seruus meus, hoc scilicet corpus meum, iacet in lecto paralyticus; & hoc morbo male torquetur: non sum dignus, quem tu visites, aut recrees, aut fauore aliquo magno prosequaris: tu vide quid magis expediat, & dic tantum verbo: eo enim facere poteris quidquid tu volueris. Et quamuis seruus hic sit meus, quia seruit spiritui, & meae humanae naturae pars quaedam sit: etiam tamen est *tuus*: quia tu illum creasti, vt tibi seruiret: sana illud, Domine, si ita illi expedit: vt tibi seruiens, finem illum consequatur, in quem illum destinasti.

HINC licebit ad alium orandi modum transire, faciendo actus resignationis circa ipsam infirmitatem: hinc coniuendo naturali debilis carnis propensione; inde vero eandem diuinae ordinationi subiiciendo; pluris Dei voluntate, quam tuam, & quidquid creatum est, faciendo. Hunc orandi modum in ipsa praxi excellentissime exercuit Christus D. N. dum in horto Gethsemani Passionem suam tanquam calicem sibi ob oculos posuit, omnibus amaritudinibus plenum, quas perpassurus erat ab ea hora, qua erat capiendus, donec in ipsa cruce exspiraret: quas omnes memoriam suam recolens, procidens in terram cum summa erga Deum Patrem reuerentia ac fiducia & heroica interim sui resignatione, ita orationem suam exorsus est: *pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu; & iterum: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua.* Hunc ergo in modum cogitare debes, aegritudinem tuam esse instar calicis omnibus amaritudinibus, quas sustines, pleni; & poculi alicuius magni, in quo sint omnes tuae poenae simul collectae: capitis dolores, ardores febris, frigoris tremores, sitis tedium, & contractio totius corporis, & molestiae ex lyrupis, purgationibus, & sanguinis emissionibus. Quae omnia cum memoriam percurrens, constitues te in conspectu Patris tui caelestis; & magna fiducia, & amore, ac simul cum magna tui resignatione, eandem repetes orationem, dicens: *Pater, si possibile est, transeat a me calix huius aegritudinis, quam patior: sed non sicut ego volo fiat sed sicut tu.* Pater mi amatissime: si non est possibile, nisi vt calicem hunc bibam, fiat voluntas tua: quam ego multo pluris facio, quam meam. Quam orationem licebit repetere, quoties partem aliquam huius calicis bibes: quando scilicet rigorem frigoris,

Pauperum
orat io.

o Ecl. 29.

15.

Corpus ser-
uus est
Christi.

3.
Cum Chri-
sto.

p Mart. 26.
39.

aut febris æstam, aut sanguinis emissionem, aut gurgationem expectas.

¶ Luc. 23. 43.

Calix purus
& mixtus.

¶ Gen. 27. 13.

4.
cum Da-
uide.

¶ Psal. 115. 12.

Calix agri-
tudo.

Nec cessandum tibi est, etiam si dolor crescat, sed potius orationem ipsam adaugere debes, quemadmodum ipse CHRISTVS Dominus noster fecit, de quo ait Sanctus Lucas; quod quædams in agnitione, prolixius orabat, protraheudo scilicet, & feruorem maiorem orationi suæ addendo. Sed quoniam duplex est ratio calicem hunc hauriendi: altera, cum ei admiscetur consolationum, ac deliciarum cælestium liquor: quæ ita eius amaritudinem temperant, vt etiam reddant dulcem: altera, cum purus sumitur, absque tali admixtione, quemadmodum Saluator ipse illum exhausit, sentiens videlicet ipsas amaritudines absque vlla consolatione sensibili, vel potius cum summa tristitia & tædio: resignatio igitur tua eò debet peruenire, vt magno animo te offeras ad calicem purum eo modo exhauriendum, quo DEVS D. N. illum tibi dederit: sic enim erit heroica magis ac meritoria. Quod si expediet, vt acerbitas ipsa sit temperatior: resignatio ipsa potens est eam moderari: quia diuina misericordia accedet, quæ videns te resignatum, recreabit, & consolabitur. quemadmodum adfuit Abrahamo, cum iam decreuisset sacrificare filium suum Isaac, quod significat risum; ostendens illi rarietem, quem offerret in holocaustum pro filio. Sacrifica tu Deo in tua infirmitate, quod in te est, Isaac, risum scilicet & lætitiã animæ tuæ, vt propter eius amorem, quod in te est, velis Isaac ipso carere: & tunc experieris, nec Isaac perire, nec spiritus tui lætitiã: quamuis patiatu corpus, grauemque cruciatum sentiat.

Et quoniam in eo sibi complacet Dominus noster, vt te ipsum ad hilariter patiendum extimules, in signum amoris erga eum: licebit quodam alio orandi modo vt, adhibitis actibus gratitudinis & actionis gratiarum, tam ob alia beneficia accepta, quam ob ipsammet infirmitatem: reputando eam tanquæ eiusdẽ Domini beneficium. siquidem reuera non minus bonũ est, quam ipsa sanitas. Et hoc affectu verba illa Dauidis dicere poteris: *Siquid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi: calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Quis autem calix hic salutaris est, nisi agritudo ipsa, quam sustines cum prædictis omnibus eius acerbitatibus? Calix est Saluatoris, ob similitudinem, quam habet cum eo, quem ipse bibit; & ipse illum tibi mittit: & est Calix salutaris: quia ad spiritualem tuam sanitatem dirigitur: vt, corpore agrotate, anima sanetur. Quid igitur offerre poteris Deo in gratiarũ actione pro bonis, quæ tibi dedit? poteris eadẽ bona ita illi offerre, vt illi placendi causa, velis eisdẽ carere. Potes similiter mala, & miseria, quas sustines, eidẽ offerre, gaudens, quod illas sustineas, propterea quod id illi placet. Et cū ipse te præuenit, ac dolorũ calicẽ tibi pponit: magno gaudio, & animi gratitudine illud amplectaris, & ad extremũ vsq; exhaurias, quasi

homo,

homo, qui valde sitiit, & sitim suam sedare desideret: & ad singulas quas hauries guttas hæc verba repetes. Deo gratias, Deus sit benedictus, glorificetur Deus. Et quemadmodum S Iob. dices tibi ipsi: *si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscepimus? & si Dominus deat, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Hic actionis gratiarum affectus in infirmitatibus valde proprius est filiorum Dei: nam in sanitate, ac prosperitate non magnum est glorificare DEVM, cum etiam de impio dicatur: *constituatur tibi, cum benefeceris ei: iustus autem dicit cum Dauide: & Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* nam omne tempus, siue prosperum, siue aduersum in oculis huius mundi, apud me erit prosperum: DEVS siquidem est, qui tribulationem, quæ in hoc tempore mihi euenit, in commodum meum dirigit.

EST & alius quintus orandi modus, adhibitis actibus *humilitatis*, isque valde est copiosus: eò quod omnia, quæ sunt in infirmitate, ad eam prouocant. hic enim locum habet illud Prophetæ: *humiliatio tua in medio tui.* nam verè habes tecum humilitatis causam. dolores enim te humiliant, imbecillitates, pharmaca, angustie, mortis metus. Ex quibus omnibus conficere potes titulos tuæ orationis, dicens cum Dauide: *a Misere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea: sed tu Domine vsquequo? Quid autem sibi vult interrogatio illa vsquequo? ostendit sane, plus esse, quod sentit cor: quàm quod verbis possit explicare. nam mediâ quasi sententiam abscindens Deo, ipsum intelligenti, dicit: vsquequo, Domine, permittes dolores meos creocere? vsquequo durabit ira tua, & misericordia tua continebitur à tua iustitia? vsquequo non me visitabis, & vultum amicum ostendes, conuertere, Domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitetur tibi? nunc viuus memor sum tuarum misericordiarum, ut prouocem te, ad liberandum me à miseris meis; nunc occûpor in confessione peccatorum meorum, & in tuis laudibus propter ingentia beneficia in me collata: quod, non poterit fieri in inferno. Accepta igitur nunc Confessionem meam, & remitte mihi culpas, & pœnas quas patior.*

EODEM modo licebit orare, faciendo actus mansuetudinis, & *patientia*, quibus ad plura pluraque patienda te offeras, si Deo tuo ita placebit, dicens feruentem illam orationem Sancti Iob, cum vulneratus & afflictus in sterquilinio suo iaceret: *b quis det, mihi ut veniat petitio mea, & quod ex petlo tribuat mihi Deus! & qui cepit, ipse me conterat: soluat manum suam & succidat me! & hac sit mihi consolatio, ut affligens me dolore, non parcat: nec ego contradicam sermonibus! ô virum sanctissimum, & virorum sanctorum ac fortium exemplar firmissimum. Iure optimo dixit sapiens: c Melior est patiens viro*

u Cap. 1. 21.

x Ps. 48. 19.
y Ps. 33. 2.Ex humili-
tate
z Mic. 6. 14.

a Psal. 6. 3.

Vsquequo.

6.
Ex patientia.

c Pro. 16. 32.

forti: fortis enim (vt S. Gregorius ait) vincit alios , eiusque dolorem infert ; at patiens vincit se ipsum , & ab alijs illatos dolores tolerat. Quamuis S. Iob horrendis esset vulneribus plenus , adhuc videbatur ipsi DEVS manum contrahere , parceque cum ipso agere : ideoque petit , vt grauiori manu ipsum affligat. Optatque hanc petitionem sibi à Deo concedi. Hoc spiritu orandus tibi est DEVS in tua ægritudine , & petendum , non vt te liberet , si id tibi non expedit ; sed vt amplius affligat , si ita illi placet. Dic cum S. Augustino : *hic ure , hic seca ; vt in æternum parcas* : potius enim in hac vita pati volo , quàm in altera. dic illi , quod quidam alius Sanctus : *Domine auge patientiam , & auge dolorem* : accedat dolor ad dolorem ; & qui sequitur , sit priori grauior : modò patientiæ quoque ampliores gradus addas : vt omnia ferre possim. Verum altiori adhuc spiritu orandū tibi est , & cum Dauid dicendum : *d Deo subiecta esto anima mea : quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse Deus meus , & Saluator meus , adiutor meus , non emigrabo : quoniam tu es patientia mea Domine* : ex cuius gratia , & auxilio illam habeo ; tuaque presentia spiritum mihi reddit , ad tolerandum quod patior. Patientia tua , patientissime Iesu , mea est : siquidem propter me illam habuisti , mihi que eam applicasti. Per eandem supplex oro , vt eam mihi in hac infirmitate largiaris , & cum tua coniungas : vt ita sit tibi magis accepta.

d Psal. 61. 6.
e Psal. 70. 5.

7.
f Cant. 4. 6

Mortificatio & Oratio.

DE NIQVE , cum iaces infirmus in lecto , cogita , Saluatorem tuum inspirare tibi admiranda illa verbalibri Canticorum : *f vadam ad montem myrrha , & ad collem thuris*. Per montem myrrhæ intelligens cumulum mortificationum , carni ipsi acerbarum ; per collem verò thuris , multitudinem orationum , spiritui bene olentium. Et quoniam eadem verba tribuunt aliqui Christo sponso , qui presente & audiente anima sponsa sua dixerit : se ad eum montem , & collem ire , vt ad ipsum sequendum & comitandum eam prouocaret : alij verò eadem tribuunt ipsi animæ ; quæ agnoscens cælestis sui sponsi voluntatem ac desiderium , statim obsecuta est , ac dixit , *vadam ad montem , & collem* , vt ipse sponsus insinuabat : utroque sensu ea verba sunt consideranda ; tibi que perluadendum : stratum hoc ægritudinis tuæ tibi esse montem myrrhæ , ac thuris collem : vbi debeas te exercere in patiendo , orando , & obediendo cum magna resignatione , & conformitate in omnibus , quæ ipse de te statuerit : cogitans Saluatorem tuum dulcissimum præcedere te exemplo suæ passionis ac mortis. Hortus enim Gethsemani , Caiphæ domus , Pilati prætorium , mons Caluarie , & Crux ipsa , fuerunt illi mons myrrhæ , & collis thuris , eiusque exercitia in omnibus his locis fuerunt , pati , orare , & æterno suo Patri obedire desiderans te in eisdem habere comitem.

CAPVT III.

SEPTEM CONSIDERATIONES AD
infirmitates patienter, alacriter & vtiliter
ferendas.

VM tot sint, adeoque efficaces rationes & motiua, ad patienter ferendas infirmitates; & vtilitatem, ad quam illæ diriguntur, ex eisdem capiendam: nec possint infirmi prolixas rationationes facere ad easdem rationes perpendendas: opere pretium existimauimus, omnes eas, aut saltem præcipuas, ad septem considerationes reuocare, in quibus infirmi & valerudinarij exercere se possunt in septem hebdomadæ diebus singulis diebus singulas accipiendo; siue audiendo, vel integras, vel partem earum: prout commodum erit. Vnaqueque enim earum est instar spiritualis cuiusdam Pharmacopoliæ, multis pharmacis pro ipsa anima refertæ: ex qua propterea nunc hoc, nunc illud accipi possit, & applicari ad considerationes & affectus amoris, vel timoris; fiducia, aut pœnitentiæ, iuxta infirmi necessitatem ac desiderium.

1. Consideratio de prouidentia Dei circa nostras infirmitates.

PRIMUM considerabis admirandam ad eum cœlestis nostri Patris prouidentiam erga homines in ægritudinum distributione, quibusdam enim frequentes, alijs raras; quibusdam graues, alijs leues; huic prolixas, illi breues; huic in vna corporis parte, illi in alia: quod totum dirigit ipse DEVS in suorum electorum bonum & vtilitatem. Nominatim verò, quæ tibi obtigit, prouenit ex paterna hac prouidentia, ad animæ tuæ bonum & salutem.

PERPENDE igitur Primum, Dominum Deum ad eum esse *sapientem*, vt clarè ac distinctè nouerit omnes tuas infirmitates, ac dolores etiam occultissimos; & eorum radices, causas, & remedia; vites quoque tuas ad illas tolerandas; & quas ipse ex gratia sua addere potest. Ita vt nihil psum lateat, nec ex ignorantia aliquid tibi dabit, quod non expediat; nec onerabit plus, quam ferre possis; aut curationem prætermittet, quando tibi expediet.

DEINDE ad eum esse *potentem*, vt possit ab omnibus morbis te præseruare. quod si in aliquem permittat incidere: posse in momento vel solo verbo te liberare; vel adhibitis medicamentis pluribus, aut paucioribus, aptis ex sua natura, aut etiam contrarijs: eius enim omnipotentia nihil est impossibile aut difficile. Ad eum denique esse *bonum* ad eum sanctum ac bene-

uolum

Punctum. 1.
Prouidentia
Dei in in-
firmitati-
bus.

1.
Sapiens.

2.
Potens.

3.
Bonus.Domin. 7.
post Pentec.Prouidentia
infirmi-
tatem condit.

g Cant. 1. 5

h Eccl. 2. 4

i Prou. 3. 11.

k Heb. 12. 5.

uolum, ut suos plus diligit, quam ipsimet se diligant: & quidquid sua prouidentia statuit, eò dirigit, ut benè illis faciat, & saluentur: ita bona & mala ipsius corporis dirigens, ut anima perficiatur & saluetur: ex quo multò maius bonum ipsiusmet corporis proueniet. Tribus hinc diuinis perfectionibus innititur *suauitas, efficacia, & sublimitas* prouidentia diuina in bonum nostrum. Quamobrem Ecclesia in hunc modum pro fidelibus omnibus orat: *Deus cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoneas; & omnia nobis profutura concedas.*

QVÆ, si ita sunt, sicut reuera sunt: quomodo non exultabis in tuis infirmitatibus, quæ, à cœlestis tui Patris sapientia, omnipotentia, & bonitate, disposita, & ordinata sunt? si ipse eas mittit, & nouit, quis tu sis, cui mittuntur: quid times? cur anxius es? times errorem aut deceptionem? non est possibile: quia eas disposuit infinita eius sapientia; Times tuam debilitatem? non est cur: quia ipse assistit sua omnipotentia, Times malitiam? ne crede: quia, quidquid facit, ab eius immensa bonitate & charitate procedit: ne igitur infirmitatem ipsam nudam aspicias; & ex ijs, quæ exterius apparent, de cauidices: quia sic incutiet metum: aspice ergo illam sapientia, omnipotentia, ac bonitate Dei indutam & exornatam: & tunc illam iudicabis pulchram, suauissimam, tibi blandientem ac dicentem, *g nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem: nigra, inquam, ex proprio colore; sed pulchra & formosa ex colore meæ vestis. Si fugitis me ob nigrorem, quem ex me ipsa habeo; amplectimini saltem ob pulchritudinem, quam addit mihi diuina prouidentia. Et hoc sensu amplectere præclarum illud sapientis consilium: h omne quod tibi applicatum fuerit, accipe: & in dolore suscipe, & in humilitate tua patientiam habere: quoniam in igne probatur aurum & argentum; homines uero receptibiles (in cœlum) in carnis humiliationis. Si ægrotas, & aegritudinem sequuntur alia tristitia & acerbitates: omnes suscipe, quia D E V s est, qui illas mittit: & paterna sua prouidentia tibi applicat. Vis preciosus esse, & tanquam argentum & aurum splendere? ne refuge caminum humiliationis, & infirmitatis: in quo purificaberis, & amissum splendorem recipies. Cupis in cœlum recipi? delectare in ea molestia, quam sustines, dum ægrotas: qui enim in æterna requie sunt recipiendi, per huiusmodi tribulationes transire debent.*

Audi, quid Patris huius cœlestis spiritus tibi dicat: *i disciplinam Domini, fili mi, ne abicias, nec deficias cum ab eo corripis & neque defatigeris, cum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus, corripit. & quasi Pater in Filio complacet sibi, dum & flagellat omnem filium, quem recipit.* Si cupis (ait Sanctus Augustinus inter filios numerari; & vnus esse eorum, qui in hæredes recipiuntur: ne refuge in eorum esse numero, qui flagellantur, & castigantur: re-

cipe

cipe infirmitatis flagellum ; vt sic recipiat te DEVS in in regno sua gloria.

DEINDE considera, sapientissimum hunc DEVM , quemadmodum (Salomone teste) *omnia in MENSURA, & NUMERO, & PONDERE disposuit*: ita etiam morbos ac dolores disponere, cum exactissima eorundem *trium* obseruatione. Prouidentia enim sua constituit NUMERVM infirmitatum, quas sis passurus; & dierum quibus, singula earum sint duratura; & horarum, quibus rigor durabit, & aestus & sitis, & ipsa afflictio; & rerum denique omnium numerum, quæ in eis pœnam ac dolorem tibi adferent: idque ita certò, vt nullus terrenus medicus industria vlla humana, aut violentia adhibita, siue cum bona, siue cum mala intentione, producere possit, aut breuiare constitutum hunc à Deo numerum. Quod si aliquis abbreviat, aut producit infirmitatem, id totum subest diuinæ prouidentia: quæ disposuit rem ita, vt eo medio, aut breuiaretur, aut produceretur. Et eodem modo idem Dominus, PONDVS infirmitatis constituit: terminum ponens eius grauitati ac vehementia; ita vt nec sit grauior, quam infirmi vires ferre possint; nec medici, cum tota arte sua quidquam de ea grauitate, aut vehementia imminuere. Quod si aliquando imminuunt, & leuamen adferunt: id fit ex diuina potius prouidentia illud adferente. Quamuis enim S. Apostolus, tribulationes suas referens, dixerit: *supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt taderet etiam viuere*: id tamen etiam diuina prouidentia constituit, nouas addens Apostolo vires, vt pondus ferret, q̄ pristinas excedebat. Denique idem Dominus eam MENSURAM constituit calicis, quem sis in infirmitate bibiturus: vt nec sit possibile, vel guttam ei addi: nec te vel guttâ ex eius præscripto omittere. Quod verò Calix magnus sit aut paruus; purus aut mixtus: id totum ab huius Domini præscripta mensura prouenit, *inquit (vt dixit Dauid) potum dat nobis in lachrymis, in mensura.*

QVID ergo anxius es, homuncio, cum te vides infirmitatibus premi, si fidem viuam habeas, NUMERI, PONDERIS, ac MENSURÆ, quam Deus in illis constituit: si dierum numerus te affligit, eò quod prolixior videatur; aut pondus sit graue; aut mensura magna: attende, eum, qui id præscribit, esse tuum Patrem, tuum medicum, creatorem, ac redemptorem tuum: & totum hunc ordinem & mensuram, necessaria esse, ad animam tuam expurgandam, & sanitati restituendam, & ad finem suæ beatitudinis consequendum. Si argentum & aurum plene sint purificanda: necesse est, ea per tempus aliquod in fornace siue conflatorio manere: idque cum tanto igne, quantum iudicat auri faber; neque enim quilibet ignis, aut quodlibet tempus sufficit: quanto igitur magis opus erit, vt maneat tu in ista fornace infirmitatis toto tempore, quod præscripserit Deus? & in ea ignis intensione,

Punctum 2
I Sap. 11. 21.

1.

Numerus
infirmitatū.

2.

Pondus.

in 1. Co. 13.

3.

Mensura.

in Psa. 79. 6.

quam ipse voluerit ut bene purificatus, & splendens prodeas, sicut tibi expedit? existimabas forte, dierum tuorum *numerum* esse magnum: Deus autem te visitat infirmitate, ut intelligas, eum esse incertum, & forte breuissimum. Erigebas te in altum ex superbia à vento inanis gloria elatus: Deus vero *pondus* infirmitatis tibi imposuit, qui *fecit ventus pondus*, ut superbos humiliaret. Effundebas te sine termino, & mensura ad miseram huius vite delicias: Deus vero, qui *aquas appendit in mensura*, dedit tibi acerbitatum *mensuram*, qua carnales tuas concupiscentias contineres. subjicere ergo benevole illius providentiæ in numero, pondere, & mensura harum *acerbitatum*: & breui experieris numerum, pondus, & mensuram *coronarum*.

Punctum 3.

Errores Deus permittit in bonum.

o Eccl. 2.2.

Hinc ulterius pergens, considerabis, etiam subijci providentiæ divinæ *errores*, qui accidunt in infirmitatibus ex ignorantia, aut incuria medicorum, aut infirmiorum, & cuiuscunque alterius hominis: etiamsi id ex malitia facerent: DEO tamen ita permittenti id occultum non est: qui poterit, ac porro volet, rectum quid ex eorum erroribus elicere, in eum finem, quem altissima sua providentia intendit. Sæpe enim eveniet, ut quod medicus ex ignorantia, aut incuria sua fecit: id pertineat ad sanitatem tuam: si autem fecisset, quod facere forte cogitabat; aut debuisset secundum suam artem: id tibi mortem attulisset. DEVS vero ita disposuit, ad mortem tuam evertendam: quemadmodum etiam aliquando permittit eum decipi & errare: quia ad animæ tuæ bonum expedit, ut miseræ huius tuæ vite finis imponatur. Cum igitur talia tibi eveniunt, non conijcias oculos in admissum errorem: ne ex eo afflictionem tibi augeas, sed in ipsum Dominum permittentem: ut accipias consolationem: quemadmodum ille senex, quem refert Sanctus Dorotheus, qui cum ægrota-ret, infirmarius loco mellis, quod condiendo cibo adhibere debuit, oleum ex lino adhibuit: & cum infirmarius errorem suum advertens, valde anxaretur: Sanctus ille Abbas consolatus est illum dicens: ne tristeris fili: nam, si DEVS voluisset mel cibo adhiberi, ipse providentia sua rem ita direxisset; ac porro, ex lino oleum adhiberi prohibuisset. qui cum id non fecerit: æquum est, me & tecum divina ipsius providentiæ ordinatione, bono & læto esse animo. ab ea siquidem omne bonum, solarium, & lætitia nostra procedit. Quod si ex hac occasione morbus produ-citur: error ille potius erit ad rem: quia per eum expletur numerus, & pondus quod DEVS in tuam utilitatem constituit. Accipe præstantissimum aliud consilium eiusdem Ecclesiastici dicentis. *o deprime cor tuum, & sustine, & ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei, etiamsi proli-xa illæ videantur: coniungere Deo*, per amorem scilicet, confidens bene-

uola

uola eius prouidentia, & *sustine*, ut crescat in nouissimo uita tua, & proficias in aeterna ter(ait) SVSTINE morbi & afflictionis pressuram, eò quòd numerum, pondus & mensuram sustinere oporteat. non uigendo, ut numerus, minuatur, aut pondus alleuietur, aut mensura aliquid detrahatur: ea enim sollicitudo anxietatem augebit; & licet multum uirgeas, necesse erit ipsius DEI gressibus, etiamsi tardior sit, te accommodare. Nam, cum seruus & Dominus simul ambulant: necesse est seruum accommodare se gressibus Domini sui: non contra Dominum gressibus serui: & vilis vermiculus, homo scilicet, debet se Creatoris sui passibus conformare; nec uelle, Creatorem eò pertrahere, ut acceleret, & suos sequatur. Ne ipsi dicatur, quod Iudith Bethulia Presbyteris dixit. *p qui estis vos, qui tentatis Dominum? passus est uostempus miserationis Domini; & in arbitrium vestrum diem constituisis ei, in quo auxilium uobis mitteret, dicamus potius flentes Domino; ut secundum uoluntatem suam, sic faciat nobiscum misericordiam suam.*

sustine Deu

Et noli pra-uenire.

p Iudi. 8. 11.


2. Consideratio, circa infirmitates, qua nostris peccatis ita exigentibus eueniunt, in quibus tam diuina iustitia, quam misericordia resplendet.

Punctum 1.

QUAMVIS verum sit, aliquas aegritudines nobis euenire, ob aliquos fines gloriae ipsius DEI, ut postea dicemus: sed tibi expedit estimare, tuas esse in poenam tuorum peccatorum, siue quorum sis conscius; siue ita occultorum, ut ea tu non inuenias, nouit tamen Iudex, qui iuste propter ea te punit. Eximij & magni Sancti (ait Sanctus Dorotheus) huiusmodi adueria tolerant propter solam Dei gloriam: quia sunt innocentes, & culpis grauioribus vacant: at ego miser peccator, meis peccatis ita exigentibus, has infirmitates sustineo; fateorq; me huiusmodi poenam esse promeritum; & in me impleri illud Dauidis: *a propter iniquitatem corripuisti hominem. & contabescere fecisti sicut araneam animam*, hoc est vitam, eius. nam si oculos coijcias in id, quod corpus tuu debile patitur: facile intelliges, qualis sis in anima. quid. n. fuit anima tua, nisi aranea quaedam uenenata? cuius ea fuit occupatio, ut se euisceraret, texendo uanitatis telam, quam aufert uentus; & cupiditatis, ad fraude capiendos proximos; reque innocentum sanguine sustentandum; bona eorum fortunae, aut famam, & honorem illis detrahendo. Quanam est adeo arida aranea, atque tuus est spiritus? qui cum apis esse deberet, quae mel ex floribus colligeret: potius est aranea absq; villo iucco, & humore deuotionis, aut teneritudinis, arista instar aridus. Recte igitur DEVS animam tuam punit, reddendo corpus eius etiam infirmum, imbecille, & tanquam araneam aridum. Quid ergo,

a Psa. 38. 12.

Anima nostra aranea est.



Psal. 38. 13.

miseri, turbaris, ut tibi detur, quod es pro meritis; & corpus afficiatur, sicut animam tuam affecisti? propterea Dauid adiecit: *vane concurbatur omnis homo*: quando scilicet infirmatur, & affligitur: cum ipse causam præbuerit. Quamobrem, Domine, ad te conuersus, supplex oro, *meam ut orationem exaudias, & auribus percipias lacrymas meas*: meis que miseris finem, quando tibi placebit, imponas.

Punctum 2.

bPsal. 118. 137.

c Mic. 7. 9.

d Luc. 23. 41.

HINC altius ascendens, iustissimum considerabis diuinæ iustitiæ ordinem, quæ in eo splendet, quod infirmitatibus & afflictionibus, quas sustines, culpas tuas puniat: dicesque cum Dauid: *b Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum*; & cum Propheta Michea: *c iram Domini portabo, quoniam peccatum est*. æquum est enim, ut, qui sanitate abusus est, eam amittat, & subeat infirmitatem; iuatque doloribus, quod dedit delictis. Diuina iustitia cruci huic me affixit: non habeo, quod dicam, nisi quod bonus ille larro: *d digna factis recipio*: nam, cum diuina iustitia æque bona sit, ac sancta, sicut eius misericordia, nam utraq; in ipso est vnū & idem: par est, me eius iustitiis adorare, venerari, ac diligere, & gaudere; q; eam habeat: sine qua, Deus non esset. quæ si merito officio suo fungitur in peccatores: gaudeo id in me facere, in hac vita: ut luens in ea, q; mereor, liber in altera euadam. In hac tamen consideratione, ne ipsam diuinam iustitiam solam, & quasi seorsim aspicias: sic enim magnum tibi incuteret timorem, horrendisq; ac tremendis suis iudiciis te valde terreret: sed cum Dauid dices: *e Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me*, exuta scilicet à misericordia, quare aspicere debes iustitiam, sicut in Deo est, coniunctam eius sapientiæ, charitati, misericordiæ, clementiæ, patientiæ, & longanimitati, alijsque diuinis perfectionibus; ex quarum societate ipsa iustitia fit amabilis, ac desiderabilis: quia ille temperant ipsius rigorem efficiuntque, ut eius opera fiant, *in numero, pondere, & mensura*: quia efficiunt, ut miseriæ nostræ compatiatur. Quare, cum videris, te morbis, & doloribus premi: nec potes, nec debes conqueri, nisi de te ipso, tuisque peccatis: nec eos aperire, nisi ut de eis te accuses. nam alias tanquam mutus esse debes, & cum Regio Propheta dicere: *f obmutui, quia tu Domine fecisti: amoue à me plagas tuas*. Non obmutui ob id, quod ego feci, ob culpam scilicet meam: quia potius eam confiteor sed obmutesco ob id, quod tu facis, ob pœnam scilicet, qua me punis: amplector enim illam, tanquam opus iustissimæ tuæ iustitiæ: oro nihilominus, ut has pœnas & plagas à me amoueas. Tuæ sunt illæ, DOMINE, ac meæ. tuæ: quia tu illas mittis; meæ: quia super meum dorsum cadunt; tuæ sunt; quia à tua iustitia proueniunt: & meæ: quia meis culpis, ad eas inferendas, te prouocauit. Ignosce, quod ego feci; & amoue à me, quod tu facis, si ita expedit: ut maiori cum quiete tibi seruiam.

fPsal. 38. 10.
Qui que
sua fortuna
saber.

SED amplius vdhuc consolaberis, si ulterius ascendens, attentius consideres, quanta faciat in hac punitione misericordia diuina, cum germana sua sorore iustitia coniuncta: efficit enim apud eam: vt & numerum, & pondus, & mensuram pœnæ, quam tua exigebant peccata, multum imminuat; mulcoque minus puniat, quam propter ea esses promeritus. Ita vt in tuis infirmitatibus non solum dicas, quod bonus latro: *digna factis recipio*, sed potius, quod scriptum est apud Iob: *g peccauit, & vere deliquit; & vt eram dignus, non recepi*: quia plura eram promeritus! ô si bene perpenderes, quid maiestati infinitæ, & creatorem, mundi que Saluatorem, & benefactorem infinitum offendet: cuius obsequio obstrictus eras, ob innumera in te collata beneficia; & alias mille causas; quæ te ad id obstringunt! quæ omnia conculcasti, cum peccatum admisisti. quam ob rem; si numerus, pondus, & mensura, omnium infirmitatum; quotquot homines sustinerunt, aut in posterum à peccato Adami vsque ad mundi finem sustinebunt, in te solo simul conuenirent: adhuc totam pœnam non exsolueres, quam tuum peccatum promeruit. Quid ergo conquereris ob hoc modicum, quod sustines, quod quasi nihilum est, eius comparatione, quod fuisti promeritus: ne itaq; in id respicias, quod puniat te Deus: sed, quam multa tibi ignoscat: & tunc gaudebis potius, videns quæ condonat, quam tristeris, attendens, quod puniat. Et potius in gratiarum actionem incumbe, propterea quod à tot malis aded prolixis & magnis te liberet: quam in querelas: cum aded exigua sint & breuia, quibus te punit. Accepta igitur lubens in gratiarum actionem, pro hac ipsa gratia, quam te puniendo, exhibet: te que ipsum subijce, & offer, ad sustinendum, quod iam habes, quamdiu ipse voluerit; ac donec tuum peccatum satis lueris. Memor esto, quid euenerit Mariæ sorori Moysis: quæ propterea quod contra fratrem suum murmurasset, grauissima DEVS leprâ illam puniuit: quam, & si fratris oratio à morte eripuit; à pœna tamen illata eam liberare non potuit: respondit enim ei Dominus: *h si Pater eius spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundis; separetur septem diebus extra castra*, lepram & ruborem ferens, quem eius, culpa promeruit: & ita factum est. nec valuit vlla intercessio, aut precès ad decretum dierum numerum minuendum: vt intelligatur, infirmitatem, quam DEVS ob peccata mittit, esse tanquam *spiritum*, quod ipse spuit in faciem infirmi: non, vt illum perimat, quia est Patris spiritum, eum amantis, in quem spuit: sed, vt is confundatur, & humilietur: vt corrigatur, & sanetur. Id quod nec in momento, nec in die vno fieri potest: sed in *septem*, quo numero id totum indicatur, quod necessarium est ad satisfaciendum pro peccato. Quod si ita est, lubens video, Deus meus, me hac in fir-

Punitione

Deus puni-
citra condi-
guum.

5 Iob. 33. 27.

Pœna mul-
tam opponit.

h Num. 12.
24.

Spiritum Pa-
tris.

mirate premi: quia *salua* est ex ore tuo procedens, vt me per eam sanitati restituas. spue itaque in me, quantum lubet: modò in aeternum parcas.

3. *Consideratio, Infirmi- tates conferendo cum Inferni pœnis, quas nostris peccatis sumus promeriti.*

ATEMPORALIBVS pœnis licet transire ad aeternas, quas etiam constituit Deus D. N. in numero, pondere & mensura iuxta damnati culpas: modo tamen quodam ad eò tremendo & horrendo, vt præ illis quasi nihil esse videantur oēs pœnæ, quas huius vitæ infirmitates secum adferunt. Confer igitur numerum cum numero, pondus cum pondere, mensuram cum mensura: & in ea comparatione magnum inuenies modum lætitiæ, & actionis gratiarum; amoris, & laudis Dei; & affectuum aliorum magnæ consolationis & utilitatis ipsi animæ tuæ.

Punctum. 1.

I.
Numerus
pœnarum
inferni.

i Eccles. 1. 7.

2.

CONFER igitur primùm *numerum* cum numero, cogitans duos in inferno numeros horrendos; alterũ ipsarum pœnarum, & tormentorum; alterum annorum, quibus vnumquodq; perdurat, & quamuis aliter atq; aliter: vterq; tamen est innumerabilis. Nouit enim Deus; numerum pœnarum; quas tamen nos nec numerare possumus. si tamen eas velis quasi ex vestigio cognoscere: circumspecte infirmitates & miserias, quas patiuntur omnes, qui detinentur in omnibus nosocomijs, & regionibus totius vniuersi; & intelliges, eas omnes ita collectas in inferno inueniri, vt vna & plures, imò multæ earum simul afficiant singulas partes miserandi corporis; & quemlibet sensum, & facultatẽ infœlicis animæ: nullo præterito sinu, vel angulo, qui non sit eis refertus. Nam ibi est horrendus capitis dolor, oculorum, aurium, dentium, lateris, intestinorum, coxendicis, calculi, & podagra; ibi est fames, sitis, vigiliæ, defatigatio, contractio ossium, frigus, æstus, tremor, stridor dentium; ibi est tristitia, timor, tædium, anxietas, agonia, melancholia, ac desperatio. Denique quemadmodum *omnia flumina*, aquæ dulcis *intran- t in mare* aquæ amaræ, quæ omnia absorbet, & tamen ipsum mare non *retundat* ob suam immensitatem: ita infirmitates omnes & huius vitæ miserix colliguntur in inferno: suntque veluti dulces aquæ, & riuli parui, si comparentur cum ipso inferno, cuius est amaritudo & magnitudo immensa. Quòd si poteris maris Oceani guttas numerare: poteris quoque pœnas & calamitates, quæ in ipso Inferno perferuntur; & quas tu fuisses ob tua peccata perpessus.

Q V I D verò dices de annorum numero quibus illæ sunt duraturæ? est numerus, absque numero, quem sit impossibile numerare: quia nullum terminum habet: nec DEVS ipse annum eius vltimum in eo numerando inueniet, nam post mille millia millionum annorum enumerata, super- sunt toridem numeranda; quibus enumeratis, non solùm vltimus non in-

uenitur;

venitur; sed singuli sunt quasi essent primi. & tantus infernus adhuc superest Caino post quinque millia annorum, quibus in eo manet: atque si hodie eo esset ingressus; & post milliones annorum hinc computatos, idem ei erit; atque si eo die primum ingrederetur. Quomodo ergo non resolveris in lacrymas tristitiae, ac letitiae cum hoc nuncio: tristitiae quidem ob admissa peccata, quibus te tanto periculo exposuisti; letitiae vero, propterea quod a pœnis adeo innumerabilibus, & prolixis DEVS te liberauerit: contentus, quod paucas aliquas, easque breues in hac vita patiaris. Si iudex, qui reum posset ad perpetuas triremes iuste damnare, aut ut ab aquis raptaretur, aut candentibus forcipibus cruciaretur, aut in rotam, aut patibulum ageretur: eam pœnam commutaret in aliam, quae ad octo tantum dies in aliqua nauicula remigaret, aut in vinea tanquam operarius laboraret: hanc ille reputaret magnam sceleritatem; & tanquam demeritissima in se lata sententia, exultaret. si tu igitur ob tua crimina iuste damnari poteris ad perpetuas in inferno triremes, & aeternos in carcere illo cruciatus: quomodo non exultes, quod eorum loco infirmitatem aut afflictionem, & dolorem sustineas, quem super remus Iudex tibi mittit, loco horrendarum pœnarum, quas tibi condonat? satis tibi sit, pro tua in aegritudine consolatione, cogitare, quod illa non sit aeterna futura, quemadmodum illa fuisset; quam eras promeritus; sed breuis: & quod breui dies veniet, in quo dicere liceat *transiimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium*. Debuisses in Inferno per ignem & aquam transire: scriptum est enim. *Ad nimium calorem transeat ab aquis nimium* sed transitus ille refrigerium nullum habet; cum sit ab vno tormēto ad alterum, & neutrius anxietas ac dolor, cesset sed idem aeternum duret. At in hac vita transibis quidem per aquam & ignem, per dolorem scilicet frigoris, & caloris in febris; sed utrumque tamen transibit, ut ab eis omnino liber, magnam consequaris requiem, & animae tuae commoditatem.

DEINDE pondus cum pondere ponderandum, ac perpendendum immensum cruciatuum Inferni pondus: & singulorum maius esse, quam ut dici vel cogitari possit, nam (ut Sanctus Petrus dixit: *in ibi Angeli fortitudine & virtute cum sint hominibus maiores, non possunt portare aduersus se execrabile, & seuerissimum DEI iudicium*, quod in eos dimittit in Infernum: & hi sunt *ignantes*, qui *gemunt sub aquis*, ob nimium earum pondus. nam *quasi molari quodam magno & grauissimo lapide alligati, missi sunt in mare aeternarum miserationum*. Et quidquid hic toleratur, est tanquam molaris lapis in aliqua charta depictus; aut sicut ignis depictus cum vero igne comparatus. Dolor capitis, & febris aestus, tanquam delineatio quaedam est doloris & aestus, qui ibi toleratur: nam quidquid ibi

est, ad

Aeternitas
pœnarum.

Inferni con-
sideratio
medicina
doloris.

1^a Psal. 65. 11.

1^a Iob. 24. 19.

Refrigerium
in inferno
nullum.

Punctum. 2.
in 2. Pet. 2.
11.

in Iob. 26. 5.
in Apoc. 18.
21.

*Pondus pa-
narum in-
ferni*

est, ad supremum in suo genere culmen peruenit, nulla admixta cololatio-
ne. Quod si, qui nunc sunt in inferno, ascenderent in hunc mundum; &
quod hic patimur, paterentur: nihili illud facerent: eò quòd ad eò immensa
ibi patiantur: & immensas Deo gratias agerent, si illud in hoc ipsis eò muta-
ret. Cur ergò conquereris de infirmitate: quã sustines? cur non potius Deũ
laudas, quod te ab eo eripuerit, q̄ fuisses in Inferno toleraturus? Cũ te i-
gitur febris æstus vexauerit, memor esto flammarũ æternarũ, in quibus æ-
ternũ fuisses cum Epulone diuite arsurus: quando litis est tibi molesta, re-
uoca tibi in memoriã sitim eiusdẽ in scælicis diuitis, qui contentus erat, si p
Luc. 16. 24 *Lazarus extremum digiti sui in aquã intingeret, vt refrigeraret linguã eius, quod*
tamen illi fuit denegatum, suntq; iam vltra mille annos, quod id petat: nec
est, qui porrigat. & quamuis nunquã a petendo cessabit: nunquam erit, qui
id beneficij ei conferat: nec vnquam eius voto satis fiet. Si vigilie noctis te
vexant, eò quòd prolixior videatur: memento noctis illius æternæ, cui dies
nunquam succedet; & sic videbitur tibi breuis. Si torquet, quod ita iaceas
in lecto, etiam inter culcitræ, & linteamina: cogita, quem lectum fuisses in
inferno habiturus; tecumque loqui sententiam illam Iaiæ: q̄ subter te fieri-
netur tinea, & operimentum tuum erunt vermes, qui te rodent semper, & viscera
tua torquebunt: nam nec tinea finitur, nec vermis moritur. Et in hunc
modum pœnas potes aspicere, quas fuisses perpessurus, quæ affines sunt ijs
quas nunc pateris: vt illarum comparatione, exiguæ hæ tuæque videan-
tur: & gaudeas in eis, vt reliquas illas euadas. Verbum siquidem est ipsius
Domini, quod non surget duplex tribulatio: nec puniet in inferno eum, qui
lubens in hoc mundo acceptauit pœnam, quam ipse illi imposuit. De ho-
mine quodã narrat venerabilis Beda: quod ægrotanti ostenderit Deus pœ-
nas & cruciatus Inferni, qui ad se rediens ita obstupuit, vt horrendas face-
ret pœnitentias: conijciens se in media hyeme in o zelatum flumen: & in
media æstate se collocans ad solis ardorem. ab huiusmodi autem retrahere
eum volentibus, dicebat: frigidiora ego vidi; calidiora ego vidi: in quorum
comparatione hæc mihi temperatissima videntur. o si fidei oculis semel
ad infernum descenderes, cum iaces ægrotus! procul dubiò sufficeret, vt
dulce iudicares valdeque leue, quidquid nunc amarum æstimas, & grauif-
simum.

*Pictura est
omnis dolor
humus vita.*

*q̄ Iaiæ. 14.
11.*

*r Nabur.
29.*

*O passi gra-
uiores.*

Punctum. 3.

Psal. 74. 9.

EADEM commodiùs meditaberis, si mensuram conferas cum mensura;
& calicem, quem in hoc mundo hauris; eum eo, quem fuisses bibiturus in
Inferno: de quo Dauid: *calix in manu Domini vini meri plenus myſto, quem*
inclinauit ex hoc in hoc: nunc scilicet vni porrigendo, nunc alteri: vixunt
menſex eius non est exinanita: bibent ex eo omnes peccatores terra: cogita igitur,
DEVM Dominum nostrum in manu & potestate suã habere calicem

immen-

immense magnitudinis, plenum vino mero, & misto *Mero*, quia plenus est pœnis & plagis iustitiæ; *mysto* verò, eò quòd hæ plagæ cum illis tanquam vnum vinum cum altero commiscuntur. Sed multò magis mistum censetur cum ipsiusmet vini fecibus; quæ sunt pars fœtidissima & maximè horrenda in ipso inferno, quam ebibunt damnati, etiam inuiti: quia iustitia diuina inuitos impellit ad bibendum, & ipsas feces hauriendas: ita tamen, vt, etsi quotidie bibant, nunquam tamen hauriatur, & æternum bibent simul cum ipsis fecibus, repugnante natura & voluntate ob tot acerbæ & fœtidæ amaritudines. Hunc calicem fuisse bibiturus ob tua peccata: quem tamen diuina misericordia à tam acerbæ potu præseruauit. cuius loco paruum alium calicem cum vino diluto & absque fecibus porrexerit: infirmitatem scilicet quam sustines, mixtam multis consolationibus & solatijs; & cum spe æternos cruciatus non degustandi. Quomodo ergò non lubens accipias calicem hunc tui salutaris, in gratiarum actionem, quòd te ab alio acerbæ ad eò calice liberauerit? cogita, quid inter vtrumque calicem intersit; quid inter vinum & vinum: mixturam & mixturam: & tunc cum spiritu gratitudinis ac lætitiæ dicas cum Dauid: *quid retribuam Domino pro omnibus bonis, quæ retribuit mihi*, & malis, à quibus me liberauit? calicem hunc mei salutaris accipiam, quem lætus, & lubens hauriam: siquidem me à calice iræ suæ liberauit, qui mihi fuisset cruciatus æternus.

IV. Consideratio, de morbis, quòd nostra purgant peccata & magnorum meritorum præbent occasionem.

QUONIAM Inferni pœnæ commutantur in alias luendas in Purgatorio, nisi in hac vita luantur: cogitabis pro tuo solatio, Deum D.N. duplex habere Purgatorium: alterum sub terra, & alterum in hoc mundo in infirmitatibus & aduersitatibus, quæ mutuo se in aliqua re excedunt. Purgatorium alterius vitæ in hoc præstat, quòd sit mera pœna absque villo timore impatientiæ aut nouæ culpæ, aut vllius eius admixtionis. quòd quidem magni faciendum est: quamuis valde etiam affligat, quòd nullum ibi sit meritum, nec augmentum gratiæ, nec spes ad maiorem gloriam progrediendi ob pœnam quæ ibi toleratur: & quodammodo charitas magis est ibi coacta, quam in hac vita. nam eius propensio est aut esse cum Deo unita, videns eum clarè in gloria: vbi tanquam lapis in suo centro requiescit; aut crescere & proficere semper: studendo magis ac magis amare vsque ad summum, quòd potest quia nullum ex se habet huius dilectionis terminum. Cum igitur in Purgatorio nec Deum videat, nec proficiat ad melius & perfectius eum videndum, est extra suum centrum violenter, & afflictus: videns quidem se pati; non tamen crescere, & proficere. Contra verò in huius vi-

Merum vinum, & mistum quid?

Duo calices valde inæquales.

Psalm. 115. 12.

Punctum 1.

Duo Purgatoriorum eorumque differentia.

Futurum.



*Præfens in-
firmitatis.*

*Pena vo-
luntaria ef-
ficacior.*

*Hic & pro
alijs satisfa-
cere, & te
perficere po-
tes: tibi neu-
trum.*

Punctum. 2

*Infirmetas
ad perfecti-
onem iuuat.*

*a Rom. 14.
17.*

b Psal. 89. 15

ta purgatorio est periculum, timorque impatientiæ & culparum: quæ in ipsis morbis & afflictionibus sese miscere solent. quamuis Dei auxilia non desint, vt illæ euitentur. Habet tamen idem purgatorium egregias alias excellentias, ad exsoluendas culpas admissas. Nam paruus cruciatus in infirmitate, breui tempore multò plùs de pœnis debitis exsoluit, quàm prolixus & magnus in altero purgatorio; & æstus febris vnus diei exsoluere poterit ignem alterius purgatorij vnus mensis, aut etiam anni: quia non solum soluit perferendo, sed etiam satisfaciendo, & promerendo heroicis charitatis actibus: faciendo, vt dicitur, ex necessitate virtutem; & offerendo Deo quod patitur, ex amore in eum. quemadmodum in mundo minoris fit satisfactio rei coacti per sententiam iudicis, ad restituendum honorem, quem abstulit: quàm si, sponte sese humilians, recantaret, faceretque, quod debet. Ex quo fit, quòd in purgatorio vnaquæque anima ita pro se sola satisfaciatur, vt nihil illius satisfactionis possit alteri communicare. at in hac vita tanta est opulentia eius, qui patitur: vt sapius, & exsoluat, quod debet; & supersit aliquid, quod possit aut viuis aut mortuis applicare, & suo modo ipsos Ecclesiæ thesauros augere. Quare si vno die vehementem febrem sustineas, velisque tuam satisfactionem alicui animæ in purgatorio detentæ applicare, eius debitum solues: & ita oportune id potes facere, vt tuo isto æstu illa liberetur ab igne Purgatorio, & statim euolet in cælum: vbi oret pro tanto suo benefactore. Hoc totum esse tibi debet magnæ consolationis motiuum: vt Deum laudes, qui tale purgatorij genus hic tibi dedit, vt possis pro te soluere, & pro alijs; & obicem remouere macularum, quæ arcent à cælesti aditu, vt sic tua charitas sequatur semper naturalem suam inclinationem; siue ascendendo semper ad vltimum suum finem, siue eodem fruendo in æterna requie.

S E D maiorem aliam excellentiam in hoc infirmitatum purgatorio licebit considerare; ita enim à culpis purgat: vt simul sit occasio augmenti gratiæ, meritorum, & nouorum gloriæ graduum, ob heroicis actus amoris Dei conformitatis cum eius voluntate, obedientiæ medicis præstandæ, patientiæ in doloribus tolerandis, & alios similes, quos in infirmitate potes exercere. Et quoniam ipsemet Deus simul cum suis donis accedit: sicut illa crescunt, ita crescit vnio ipsa cum Deo: & ipsi placebit, diutius in anima tua morari, adferetque secum regni sui diuitias, *assistitiam* scilicet, & *pacem*, & *gaudium in Spiritu sancto*. Quare infirmitas tua tibi est virtutum radix, charitatis nutrimentum, fons iustitiæ, principium pacis, gaudij seminis, Deiq; in anima tua metatrix. Et quamuis prætereat labor, & infirmitas cesset: fructus tamen non euanescit, sed permanet in æternum. Ideoque dices cum Psalmista: *b letati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: an-*

nis, qui-

nis, quibus vidimus & experti sumus mala, iam enim mala præterierunt, & nunc fruimur bonis; cessauit planctus, & gaudium venit; infirmitas transiit, salus accessit; afflictio carnis pertransiit, & spiritus solatium successit: & vterque exultauit in Deum viuum. Tunc agnosces etiam ipsa experientia thesaurum, qui in ipsa infirmitate latebat tibi incognitus: quare si redierit, lubens eam excipies: imò, vt redeat, optabis: & si moram faceret, etiam vocabis. Sicut Abbas ille, qui singulis annis grauem habebat infirmitatem: & cum vno anno non venisset, conquirebatur, & flebat: quod se videret eo bono priuari, quod ex illa aliàs accipiebat.

SED adhuc ampliores diuitias agnoscere & inuenire poteris in infirmitate, addens proprijs eius thesauris illos ipsos quos in sanitate obtinere potuisses. In quem finem meminisse debes illius legis, quam Dauid constituit seruandam in Israel, cum rediret, expugnato exercitu Amalecitarum. cum multi ex militibus substitissent, eò quod lassii pergere non poterant cum reliquis: & nihilominus decreuit Dauid, vt illis pars spoliolum daretur, sicut ijs, qui iuerant cum ipso ad hostes, dicens: *d aqua pars erit descendens ad prælium, & remanens ad sarcinas.* Hunc igitur in modum existimare debes: reiacentem ægrotum in lecto, nec ea opera facientem, quæ cum sanus esses, præstare solebas: non amittere tuum meritum & mercedem, quam habuisses, si eadè faceres, sicut alij, modò efficacem habeas voluntatem ea faciendi: nec aliam ob causam illa prætermittas, quam quòd ea præstare non possis, apud tribunal enim Dei, voluntas pro facto reputatur: quando facultas deest illud re ipsa præstandi. Quare si sanus visitare consueueras xenodochia, & pauperibus ministrare, horas tuas canonicas legere, facultatem aliquam profiteri, confessionari, aut confessiones excipere: iam verò infirmus, efficaciter velles eadè præstare: non amittes mercedem tuam; sed ei adiungetur adhuc illa, quam accipies pro dolore, quem sustines. Nam quemadmodum in lecto iacenti licet merte templi, Xenodochia, aliaque pia loca percurrere, & quæ in illis dicuntur ac fructus, considerare: ita licet voluntate efficaciter desiderare, quidquid boni tibi videris: audire scilicet Missam cum ijs, qui illam audiunt orare cum orantibus; pauperes visitare cum eisdem visitantibus; & iisdem ministrare cum ministrantibus.

DEET tamen aliquid facere, quamuis parum illud sit, in signum & testimonium desiderij, quo teneris, multa faciendi. Quemadmodum Tobias filio suo dicebat: *e quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude:* animo tamen multum dandi, si posses: ita etiam, cum sanus es, debes multum laborare, tanquam sanus: quando autem es infirmus, ac debilis, sufficit, si vel modicum, quod possis, efficias: quasi in signum, quod cuperes multa facere, si liceret. De quadam S. Virgine scribitur, quòd cum non

c Psal. 83. 3.
Infirmus
expetenda.
In visis Pa-
trum,

Punctum 3.

Infirmorum
voluntas pro
facto est in
operibus so-
litis.
d 1. Reg. 30.
24.

c Tobia. 4. 5
Infirmorum pa-
rum fecisse
sufficit.

S. Gertrude.

poller Rotarium beati. virginis pro more persolvere, ob ingentem capitis dolorem, illud tamen peregit, dicens ad singula grana, sola illa verba: AVE MARIA: & postea apparuit illi Virgo sanctissima, cum pulcherrima rotarum corona, ut laborem illum remuneraret, dicens: placuisse sibi breuem illum modum Rotarium orandi, non minus, quam cum integrum percurreret: siquidem illa modicum illud fecisset, quod potuit: ac desiderasset, integre facere, si potuisset.

V. Consideratio, infirmitates comparantur cum premijs, quae de Caelo sperantur.

Punctum. 1.

Spes praemiorum lenis dolorem.

a Rom. 8. 18
b 2. Cor. 4. 17.

c Gen. 23. 10

Amor Dei.

d 2. Cor. 11. 7

Bened. Iustianus refert in eum locum. Stimulus carnis S. Pauli.

CONSIDERA primum, sapientiam magni nostri Dei ac Domini quemadmodum omnia mortalia huius vitae disponit in numero, pondere, & mensura, ut praedictum est: ita etiam ea disponere, quae spectant ad aeternam vitam. Ita tamen ut numerus pondus, ac mensura laborum, & aduersitatum huius vitae, sit breuis, finita ac moderata: ac praemiorum mensura modum quendam habeat immensitatis, & infinitatis aeternae: ita ut, qui ea agnoscit, cum summa animi sui oblatione amplectatur quoscumque labores, & aduersitates etiam maximas, ac diturnissimas huius vitae, exiguas eas & breuissimas iudicans, quod expressè docuit Apostolus cum dixit: *non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis, sed enim, quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis.* Ex quibus aperte licet deducere: si tui labores tibi videantur magni & prolixi: id ex eo prouenire, quod non ut par est, de praemijs aeternis sentias, eaque aestimes si enim praemium magni faceres: labores parui faceres; & si Deum multum diligeres: parum sentires laborem, quod illum queris. Nam quemadmodum amor Rachelis effecit, ut Iacob septem annos, quibus pro ea seruauit, existimaret esse paucos dies praemii amoris magnitudine; laborque grauis alioqui ac prolixus; breuis ac iucundus ei videretur: ita amor & clara Dei visio, eiusque dulcis & iucunda contemplatio, infirmitatem tuam, ita dulcoraret, ut quamuis esset prolixa, tibi videretur breuis; & quamuis molesta videretur suauis, quis Apostolorum plura passus est, quam S. Paulus? quis plures tribulationes, & persecutiones, quis plures necessitates, & infirmitates: quae eodem usque progressae sunt, ut dicitur Angelus sathanae stimulo carnis suae eum colaphizaret, ita illum eius vultui infigens, ut languis ex eo erumperet, atque si quis stimulum in manu habes colaphum alteri impingeret, siue autem stimulus ille fuerit ingens aliquis Ischiadicus dolor, siue grauis aliqua carnis tentatio, siue horrenda aliqua gentis ipsius persecutio: id tamen totum & reliqua, quae per multos annos est perpessus, adeo illi leuia breuiaque videbantur, ut momentanea appellaret, quali in momento transeuntia, & quae vix perciperentur.

magni-

magnitudo enim amoris Christi & opinio, a stimatioq; magna æterni præmij omnia illi reddebat facilia,

QVOD vt exactius sentias, considera statim *numerum, pondus, & mensuram* bonorum, quæ speras in cælo, vbi Christus D. N. dicit, daturum se nobis *mensuram bonâ, & confertam, & coagulatam, & superfluentem*. Sed quàm magna hæc est mensura? nam, si parua illa sit, etiam plene & conferta parùm capiet. Apostolus autē dicit, *gloriâ esse supra modum, & supra oëm mensuram*: vt intelligatur incredibilis eius magnitudo. nam, quod *superfluit*, omnem naturam nostram mensuram excedit. Cogitandum itaque tibi est, mensuram hanc refertam esse innumerabili omnium bonorum *numero*, quæ vel cogitare, vel desiderare possis: *pondere* aded graui, pretioque aded ingenti: vt nihil in mundo sit, quod possit cum eo comparari. In hanc *mensuram* imponuntur virtutes, scientiæ, diuitiæ, delitiæ, honores, dignitates, & pompæ, & omne genus bonorum corporis & spiritus: quæ potest beatus desiderare, vt satietur; & ita contentus sit, vt nihil omnino illi desit. Sed hoc totum est modicum, nec sufficit, ad mensuram implendam: nisi ipsemet Deus eam ingreditur cum omni sua sapientia, omnipotentia, bonitate, charitate, pulchritudine, & infinitis suis perfectionibus, quibus omnes animæ sinus ac desideria repleat, nullo vacuo relicto. Hic Deus est *numerus, pondus, & mensura gloria*. *Numerus*: quia, cum sit vnicus, omnem tamen bonorum, quæ in creaturis dispersa sunt, numerum complectitur: in quo solo multò amplius omnes gaudent, quàm in se ipsis: est *pondus*; quia solus ipse valorem habet infinitum: & quidquid in mundo est, si cum ipso comparatur, nullius erit ponderis. est *mensura*: ed quod omnium meritis sese accommodet, & cum sit vnicus, alios plus, alios minus facit sui participes: quamuis omnes saturos reddat & contentos. In eo solo nec numerus est, nec mensura, in duratione scil. huius gloriae, quia illa erit æterna, & sine vlla mutatione: nec numerum habent, nec terminum anni, quibus ea durabit: quia durabit tam diu, quam diu ipse Deus: cuius esse æregnum non potest habere finem. Quod si quæras: quantum vnus horum dies valeat? respondebit David: *melior est dies vna in arboribus tuis, super millia*. Non tamen sine causa (vt notat S. Augustinus) vocat *vnam diem*: quia in cælesti gloria non est dierum multitudo, quæ noctium successione distinguantur. tota enim illa est dies vna perfectissima, cui nulla vnquam succedet nox: in qua vna die continentur milliones millionum dierum, quemadmodum in vno solo & vnico bono, quod est Deus, continentur omnia bona. Hæc dies est, qua Beati fruuntur semper cantantes, & summa cum exultatione dicentes: *Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & latemur in ea*. O diem æternum, diem latitiæ, diem fecilitatis? O vtinam hæc dies ad me iam perueniret; etiam si cruciatus sine

Pin. Num. 2.
c. Luca 6. 38

Magnitudo
gloria cæle-
stis.

Deus glori-
am replet.

Actern. 46

1^a Sal. 83. 11.

Mille anni
dies vna.

ps. 117. 24.

*Momenta-
neus dolor.*

h Isaiā 54.7

numero essent subeundi: O anima mea, cur tristaris, cur turbaris, meque tua tristitia conturbas: si longi tibi videntur hi laboris dies: respice in hanc diem, ama illam, suspira, & geme, ut eam obtineas: & hoc solo nomine hi dies laboris breues tibi videbuntur. Citò hi dies præteribunt, in quibus veraris: venietque hæc dies, quæ tibi erit pro diebus omnibus: teque tanta replebit lætitia, ut huius tristitiæ faciat te obliuisci. Ad vnum halitum, & momentum præsens durat dolor: æterna verò erit, quæ sequetur requies. Ne ducaris à partiali tuo iudicio, sed sine te dirigi à sapientissimo, & benignissimo Deo tuo, qui ait, *h ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Sic itaque Domine sicut dicis; ego accepto infirmitatem, & afflictionem huius puncti, & huius momenti, quantumuis mihi longum videatur, modo tu mei miserearis, faciemque tuam diuinam æternum mihi ostendas.

Punctum. 3.

i Apoc. 1.4

*Hic vallis
lachrymarum.*

DENIQUE cogita, omnes infirmitates ac molestias, quas nunc sustines, si bono eas animo feras, sinem cum ipsa vita minimum habituras; & absque vlllo timore, quod earum sis in posterum futurus particeps. in gloria enim nihil eorum est, quæ in hac vita pœnam & molestiam adferunt. Propterea enim vox cœlestis de ipsis beatis loquens dixit: *i absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra: quia prima abierunt.* Consueverunt homines flere, aut ob sua peccata; aut ob tentationes, persecutiones, morbos & dolores, quibus affliguntur; aut ob defectum bonorum; aut ob Dei absentiam, ad quem suspirant, & quem desiderant: in cœlo autem omnes lachrymæ cessabunt: quia earum causæ omnes aberunt: non enim erunt ultra peccata, non tentationes, non persecutiones, non morbi, dolores, tristitiæ, anxietates; non bonorum defectus, non absentia Dei: nihil erit, quod pœnam adferet: quia id totum extra cœlum manet; nec eò intrare potest aliquid, quod maculet, aut turbet illud. Consolare ô anima mea, quod te Deus in hac lachrymarum valle constituerit, cum tot dolorum actionibus, quæ illas prouocant. siquidem per huiusmodi vallem afflictionum ascendes ad cœlestium deliriarum paradysum, in quo frueris Deo.

VI. Consideratio: conferuntur infirmitates cum Christi doloribus in eius passione.

AD SOLATIUM, & spiritum in tuis infirmitatibus ac doloribus resumendum, conijciendi sunt tibi oculi in eum Dominum, qui, cum esset Deus infinitus, fieri voluit homo mortalis, atque patibilis, quem Prophetæ vocat, a *virum dolorum, & scientem infirmitatem.* Quamuis enim non haberit infirmitates, quas humorum inordinatio adfert, quales sunt nostra:

a Isa. 53. 3.

sensit

fenfit tamen dolores & afflictiones, quæ ex eis nasci solent; aliosque horrendos cruciatus, quemadmodum paulatim expendetur.

PRIMUM igitur attende: Christum D. N. duo secum egisse, quæ solet cum magnis sanctis, cum illos vult probare, valdeque in infirmitatibus exercere. *Alterum*, quodd se ipsum omni delectatione & consolatione sensibili priuauerit, quæ fouere solet: & confortare carnem: *alterum* quodd in parte sentiēte affectus acerbissimos exci:auerit, b *tristitia, timoris, c tædi, & d agonia*. Et cum in ipsius esset potestate, quod huiusmodi affectus, intēsi essent aut remissi: Ipse sua voluit eos esse vehementissimos; & perdurare toto tempore suæ Passionis, vt acerbior illa esset, donec in ipsa cruce expiraret. Hunc in modum aliquando passus est S. Paulus Apostolus, qui et si dicere soleret: *superabundo gaudio in omni tribulatione nostra: & iterum: sicut abundabant Christi passiones in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra: semel tamen dixit: f se adeo supra modum, & supra virtutem fuisse grauatum, vt ipsum taderet etiam viuere. & e foris habuisse pugnas, & intus timores*. Quando enim corporis morbus eō peruenit, vt spiritum contristet: tunc est valde molestus; cogitq; gemere in agonia, ac dicere Domino cum Dauide: g *Saluum me fac Deus, quoniā intrauerunt aquæ vsque ad animam meam*: timoribus scilicet dijs, & grauissimis tristitijs eam opprimentes. Quod si te in huiusmodi angustijs constitutum videris: hæc tibi sit consolatio, quodd calicem haurias purum absq; solatij mixtura: quemadmodum ipse Saluator pro tuo remedio, & exemplo hausit. Et hæc tibi sit sufficiens consolatio, quodd Regi tuo æterno similis sis; eidemq; cruci cum ipso affixus. Nam, si serid ad id te obtuleris, mox ipse erga te mitem se offeret, ac placidum: nam, etsi purum sibi calicem elegit, libeter tamen socijs suis præbet dilutum: quemadmodum fecit cum bono latrone socio suo in cruce pendente, cui dixit: h *hodie mecum eris in paradiso*: quidd autē aliud est in paradiso esse, quam delitijs repleri: idq; fiet hodie. nouit enim ipse Deus, in eodem die has internas mutationes facere vt corpus suæ cruci affixum relinquat; animæ verò communicet paradisi. Et ita est fas credere: bonum illum latronem ab eo momento, quo dulcissimum illud verbum audiuit, cœpisse, liquorem quēdam cœlestis paradisi degustare. Et quamuis vel vnica fuisset gutta: illa fuit illi satis, vt dulcissime ferret reliquum vitæ in illa cruce; & magna lætitia dolorem illum sustinuisse, cum i eius crura frangerentur: ex quo breui expirauit. Cogita igitur, cum iaces in lecto infirmus, te cruci affixum esse, ad latus ipsius Christi. Constere eius iustitiam in eo quod facit, & in eo quod tu pateris: ac desidera, te in omnibus illi conformare: & fortē audies interne verbum aliquod consolationis, quod sit pignus, te breui cum ipso futurum in paradiso. Nam crux eius est k *lignum, quod vbi missum fuit in aquas*

amaras

Punctum 1.
Dua dolorum causa.

b Matth. 26
:8.
Mar. 14. 33
Luc. 22. 43

c 2. Cor. 7.
4. 5. Erc. 1. 5.
f ver. 8.

g Psal. 68. 1

Resignatio
pronocat consolationem.

h Luca. 23.
45.

Bonus latro
statim recreatus est.

i Ioan. 19. 32

k Exo. 15. 25.

amaras, in dulcedinem versa sunt. & vt S. Gregor. dixit: Si passio Domini ad memoriam reuocetur, nihil est adeo durum, quod non aequo animo toleretur. I fugendo scilicet acerbi maris inundationem quasi lac, agni sanguine dulcoratum.

l Deut. 33 19

Punctum 2.

Dolorum
Christi

DEINDE considerabis: Christum D.N. elegisse sibi maximum numerum, pondus, & mensuram dolorum, & afflictionum, quæ vnquam in mundo fuerunt. cum enim non coactus, aut ex necessitate illos subiret, sicut nos; sed ab infinita sua charitate impulsus; & propter peccata omnium hominum, quæ omnem etiam numerum, pondus, & mensuram, quæ cogitari possunt, excedunt: voluit in hoc sui amoris magnitudinem, & quam eius redemptio copiosa esset, ostendere.

1.
Numerus.

PRIMUM igitur, attendens ad numerum laborum eius, inuenies, eos fuisse innumerabiles: quemadmodum & nostra peccata fuerunt. Nam ad eum affligendum conuenerunt dæmones ex inferno, cum suo Duci Lucifero: sex populi Hebræi, Scribæ, & Sacerdotes cum suis principibus Anna & Caipha; manus quoque militum Herodis & Pilati: qui omnes contendebant, vt quisque in eo affligendo alium superaret: nullus enim se probum existimabat, qui vulnus aliquod, aut ictum non impingeret: existimantes singuli magnum se præmium promereri, si illum ferirent; & gratum se Deo facere, si cum illo seuerius agerent. *Numerus*; si potes, colaphorum numerum, sputorum, ictuum, & verberationum, opprobriorum, iniuriarum, & blasphemiarum, quas in domo Caiphæ sustinuit: solus DEVS (ait S. Hieronymus.) nouit, quid ea nocte Christus fuerit perpeffus: & tamen idem sequenti die fuit apud Pilatum in Prætorio iteratum. Quid verò dices de flagellorum numero? neque enim cum hoc Domino, in quadragenarius numerus, quem lex prescripserat, est seruatus: cum sint, qui dicant, ad quinque millia peruenisse. Et quid de numero spinarum? fuerunt enim illæ septuaginta dua, quæ sacrum illud caput in multis partibus pupugerunt. & quid de numero dolorum, quos in monte Caluatio pertulit: vbi nullum fuit os, aut alia corporis pars, quæ specialem & proprium dolorem non sentiret? quamuis enim ipse in cruce dixerit: *n Dinumerauerunt omnia ossa mea*, vt quæ ad eum paterent: at non poterunt eorum dolores numerari, eò quod illi essent innumeri.

m Deut. 25. 3

n Psal. 21 18.

2.
Pondus.

COGITA deinde horum dolorum pondus; & statim videbis, ad eò illud fuisse graue, vt nullius alterius, quam Dei humeri potuissent illud sustinere: ita exigentibus infinitis nostris peccatis; quæ in se susceperat, vt nos ab eis liberaret. Cum in horto Gethsemani non aliud fecisset, quam sua imaginatione hoc pondus apprehendere, vt quantum esset, æstimaret: ad eò graue illud sensit, vt etiam sanguinem fecerit iudare. Quid ergo dices de ipso pondere flagellorum; de quo idem Dominus dicit: *o supra dorsum meum fabricauerunt peccatores*: quasi turrim aliquam super ipsum imposuerint.

o Psal. 128. 3.

rint.

rint. O quam tuit grauis illa *corona*! grauior procul dubio, quam fuisset plū-
bea: vt quæ tantum sanguinis ex illo sacratissimo capite expresserit! & quid
de ipsius *crucis* pondere existimas: quod ipsum coëgit nō semel in genua ca-
dere: vt opus fuerit, alium adhibere, qui iuuaret illam portare! O quam erat
graue ipsum *corpus*, dum penderet in cruce, quod suo pondere manus & pe-
des, clauis affixos lacerabat: vt se ipsum horrendis cruciatibus repleret!

PERGE porro ad considerandum horum dolorum *mensuram*, quæ tan-
ta fuit, vt in sua transfiguratione p *excessum* eam appellauerit. Fuit enim
mensura plena, conferta, coagitata, adeoque excedens, vt per omnes partes su-
per *efflueret*. Et licet calix hic tantæ esset magnitudinis, tantaque myrrha &
felle sumitur: acerbitatis mixtus: ita tamen illum exhaustit, vt nec vnā *gut-*
tam reliquerit; donec etiam *acetum* delibaret: quo prophetias de se prædi-
ctas plenissimè impletet & passus omnia, quæ de ipso scripta erant, vitam
finiuit. Quomodo igitur possibile erit: vt hæc omnia considerans, non ma-
gnos spiritus sumas, ad tuos dolores & infirmitates patienter tolerandas?
q *recogitate* (ait Apostolus) *eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus se-*
meripsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes: si enim cō-
tradictionum illarum *numerum, pondus, ac mensuram* recogitetis; facile intel-
ligeris, quasi nihil esse partem eam, quæ vos contingit: & animum sume-
tis ad sustinendum, quemadmodum ipse Dominus sustinuit. Si igitur vis
solatium in tua infirmitate habere, cogita, lectum tuum esse ipsam crucem;
syrupos & pharmaca, esse fel & acetum; Phlebotomiam & cauteria, esse pe-
dum & manuum vulnera; capitis dolorem, spineam esse coronam; cordis
anxietatem, agoniam esse & sanguineum eius sudorem. Quod si hac ratio-
ne Christum in suis pœnis comiteris: & ipse te comitabitur, suisq; donis a-
nimum addet, vt tuas cum lætitia feras.

DENIQUE immensam huius Domini charitatem perpendes, qui etsi
adeo solus omnes suos dolores ferret, vt de seipso dicat: *Et sustinui, qui simul*
contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni (nam præsentia ma-
tris sanctissimæ, & amicorum, ipsius dolores potius augeba.) nihilominus
(vt ait S. Laurent. Iustinianus) voluit super seipsum imponere totum nume-
rum, pondus, & mensuram dolorum, infirmitatum, & afflictionum Ele-
ctorum suorum, quas ille in horto Gethsemani, atque si propriæ essent,
sensit: suosque cruciatus ed direxit, vt leuamen, ac robur mereretur, quo il-
litas portare possent; quas ex tunc cum suis coniunxit, vt apud patrem
magis essent acceptæ. O immensam charitatis Christi sublimitatem! &
diuinæ misericordiæ immensitatem infinitam! an non latis tibi erant in-
numeri & immensi proprii dolores, etiam si alienos non susciperes? sed
charitativæ, Domine, hoc totum est modicum; & tua misericordia hæc

3.
p Luc. 9. 31.
Mensura.

q Heb. 12. 3

Pun. Num. 3
et sal. 68. 21.

Lib de spi-
ritu Christi
1902. c. 19

Languores
nostros ipse
tulit.

*Dolores no-
stri iungen-
di doloribus
Christi.*

omnia capit. Quid ergò tibi Domine reddam pro hoc amore tam sine mè-
fura: nisi vt dolores tuos tanquam meos accipiam; multoq; amplius, quam
proprios sentiam? quid retribuam pro hac adedò immensa misericordia: ni-
si vt lubens amore tui meos dolores feram, coniungens illos tuis, vt sic red-
dantur tibi gratiores. Meam itaque *sirim*, quæ me premit in hoc lecto, tibi
offero pro illa, quam tu in cruce sustinuisti; & quidem illi coniunctam: vt
sic magis tibi placeat meum etiam *adurum*, & acerbiter offero propter il-
lam, quam tu lenisti, cum vinum cum felle mixtū tibi fuit propinatum. Of-
fero & meam *lassitudinem*, ac defatigationem propter eam, quam tu in cruce
sustinuisti. Coniungantur tuis dolores mei; sintque oblatio in gratiarum a-
ctionem propter tuos: & imiter ego te in sustinenda pœna, vt ad tuam quo-
que perueniam gloriam.

s. Eccl. 2. 9

*Christus ab
infirmis in-
uitandus.
Matt. 25. 30*

Hinc etiam disces, *non despicere te ipsum in infirmitate* (vt Ecclesiasticus
monet) nec parui te propter eam facere: siquidem Christus D. N. tanti sem-
per fecit ægrotos, adeoque eorum vices doluit, vt eorum infirmitates tan-
quam proprias sentiret; & idem in ipsis infirmis & illorum loco se collocat:
vt ex ijs appareret, quæ in die nouissimo dicturus est: *Infirmus eram, & visita-
stis me.* Et hoc spiritu licebit ei dicere: siquidē, Dñe, & Saluator mi, infirmita-
tem meam tanquam tuam suscipis; visque vt fideles tui me in ea constitutū
visitent: veni & tu, vt visites, maneasque mecum in hoc lecto: absque enim
visitatione tua, parū mihi proderit hominum visitatio: neque hæc mihi
deerit, si te in mea habuero locietate.

*VII. Consideratio de, morbis qui propter fines gloria Dei altiores
eueniunt.*

Punctum 1

AD INFIRMANTIVM solatium expedit, eos considerare: infirmi-
tates non semper euenire in pœnam peccatorum; sed nonnunquam
Deum eas mittere, solūm ad manifestandam suam gloriam, suo-
rumque electorum exercitationem: ex quibus magna lucra sibi comparēt.
Ita Christus D. N. respondit Apostolis causam quærentibus: cur homo qui-
dam cæcus natus, esset: *a neque hic (inquit) peccauit, neque parentes eius, sed vt
manifestentur opera Dei in illo;* & de infirmitate Lazari dixit: *b quod esset pro
gloria Dei, vt glorificaretur filius Dei per eam.* Ex quo fit aliquando, vt Iustus,
etsi culpas aliquas habeat, patiatur tamen infirmitatem maiorem, quam il-
læ sint promeritæ; idque ob alios fines, quos Deus intendit: quemadmo-
dum fallus est S. Iob, cum dixit: *c vtinam appenderentur peccata mea, quib' iram
merui; & calamitas, quam patior, in siatera: quasi arena maris hæc grauior appare-
ret.* Sed hoc ipsum tamen summæ consolationis & lætitiæ motiuum est:
multò enim melius est, pendere sicut Christus innocens, in cruce; quam,

a *Isai. 53.*

b *1. Cor. 1. 4*

c *Iob. 6. 2.*

fiunt

sicut bonus ille latro, alicuius culpæ reus : estque valdè gloriösus in hoc imitari Ducem nostrum, & splendidum sanctorum eius Martyrum exercitum: quorum cruciatus non inferebantur, propter illorum culpas: sed vt testimonium redderent fidei, & charitatis suæ erga Deum. est autem genus quoddam martyrij, infirmitates sine culpa ferre, vt Deus in illis glorificetur. Vnde tantum mihi bonum, vt possim ego materia esse diuinæ gloriæ, ita vt illa mei causa crescat: cruciet, mi Domine, patiarq; tormenta, modò tu ex hoc glorificeris. Quamuis autem optimum in hisce afflictionibus illud sit, quòd culpa careas, propter quam illæ eueniant. non tamen abijcere debes animum, propterea quòd alicuius talis culpæ te retum agnoscas. vtrumque enim simul esse potest: & quòd infirmitas sit tuorum peccatorum pœnas; & simul cedat in gloriam Dei: vt ille scilicet ex ea glorificetur; non solum propter suam iustitiam, quæ in eo elucet; sed propter alias etiam causas maioris eius gloriæ.

POTES ergò hinc vterius considerare, Deum tibi mittere infirmitates, vt fidem, ac fidelitatem tuam prober; videatque quàm strenuè pro eius amore decertes, vsque ad victoriam consequendam, ex qua plurimum ipse honorificetur, ac glorificetur: cum magis illa sit ipsius, quàm tua. Cogita ergò frater, cum a grotas, lectum esse locum certaminis, in quem ingrederis, vt cum militum, & crudelium hostium exercitu pugnes: cum rigore scilicet, & æstu: cum fastidio, & siti: cum doloribus & angoribus; & cum medicamentorum molestijs: & statim oculos in cælum cõijce, cogitans, Christum D. N. tanquam Agonothetam te aspicere, sicut S. Stephanum, cum lapidaretur, respiciebat: tibi que animum inde addere ad pugnam: eò quòd de ipsius honore agatur, nisi vincas; ac de tua vita, si succumbas. Aliquando etiam aspice, quasi propè te, & circa tuum lectum manentem: in eo enim viuis, & moueris; in eo que manes, dum affligeris ipsamque habes intra te: vt in te, & per te ipse pugnet, gratia tua te adiutans, vt victor euadas.

ERVS ergò præsentia excitatus & animatus, propugna eius honorem, nullam admittens culpam, nec dans locum impatientiæ alicui; sed lubens accipiens omnes, quas sustines pœnas, vt DEVS in eis glorificetur. Cogita, Deum collocare te in lecto isto, vt talis à te sanctitatis odor prodeat, qui ob tuam patientiam ædificet eos, qui te videbunt, & excitentur ad glorificandum patrem tuum cœlestem, sicut de S. Tobia dicitur: *d quod cæcitate ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & Sancti Iob, quia nec conuersatus est, quòd plaga cæcitatatis eueniret ei, sed immobilis in Dei timore permansit omnibus diebus vitæ suæ.* Cogita etiam, adesse tibi ad latus & Angelum custodem, & Dæmonem, obseruantes, quid agas; & contendentes,

Gloriosum sine culpa pati.

Martyrium.

Punctum 2.

Probatio & occasio victoriæ.

Deum videt.

d Tob. 2. 12.

Angelus & Damon.

vt te quilibet ad suas partes trahat. Caue igitur, ne custodem tuum confundas; letifices verò hostem: occasionem illi præbens, vt triumphum de te agens, Deum ipsum irrideat; sed stude potius hostem Daemonem confundere; sanctum verò Angelum letificare & occasionem ei præbere, Deum glorificandi, ob patientiam, quam eius amore in ea aduerlitate ostendisti.

Punctum 3

Deus lau-
datur per
sanitates
miracu-
losas.
e Ps 49. 15.

psal 90 1.
Infirmitas
gloriam ad-
fert.

g 2. Cor. 12.
10. 9.

h Gal. 6. 17.
i 2. Cor. 4. 10.

A L I O S præterea fines, præclaros valde licet respicere, quos DEVS D. N. per huiusmodi infirmitates intendit: in quibus perpendes diligenter, quam partem habere possis. Aliquando enim DEVS nobis infirmitates mittit, vt gloriam suam, ab eis nos liberando, manifestet: dum nos ad tanta fide, ac fiducia orandum ipsum promouet, vt sanitatem prodigiose restituat: quemadmodum multis cæcis, leprosis, & alijs infirmis rogatus sanitatem dedit; nec cessat quotidie similia prodigia edere; vt & credatur, & laudetur propter illa. propterea enim dixit: *e Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me*: non solum propter honorem, quem mihi exhibes, dum aded confidenter ad me recurris; sed quod tua confidentia occasionem præbes honoris & gloriæ, quæ mihi oritur, cum à tua tribulatione ego te eruo. Imò etiam idem Dominus easdem infirmitates nobis mittit, vt & nos glorificemur & honoremur eorum occasione, ob rationem & modum, quo nos eruit ab eis: qui modus ita in ipsius gloriam cedit, vt etiam cedat in nostram: propterea enim dixit: *f Cum ipso sum in tribulatione. eripiam eum, & glorificabo eum*. Noli, ô anima, ex eo affligi, quòd videas te tribulatam, & corpori infirmo immerfam: quia non es sola, sed optimum habes comitem: *medicum* scilicet, qui tui curam gerit & *infirmarium*, qui tibi ministrat; *amicum*, qui præsentia sua & alloqui te recreat; & *socium* talem, qui te semper comitatur. Et si oculos habes, quibus eum cernere possis, optimis *societatis* eius fructibus fruere. Finis eius non est, torquere te, sed sanare; non te perdere, sed liberare, & glorificare: vt totus mundus intelligat, te ab ipso amari; qui te ita liberat, & honorat. Quando autem te non liberat ab infirmitatibus, etiam ipse glorificatur, teq; glorificat, ob dona præclara, quæ tibi communicat: dolando & poliendo te tanquam viuum lapidem in cælestis Ierusalem aificio, in eminenti & glorioso eius loco collocandum. In gloriam Dei cedit coniunctio illa corporis infirmi, cum anima hilari & læta: quæ dicit cum Apostolo: *g Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo, libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi*: & eius gloria in me manifestetur. Magna Christi gloria est, quòd i habeat in mundo viua sui ipsius exemplaria: qui in hoc gloriantur, quòd *h stigmata ipsius Domini Iesu in corpore suo portant*; & qui ipsas infirmitates pro fauoribus, ac delictijs habeant: & *i mortificationem Iesu in corpore suo*

circum-

circumferant, ut & vitam ipsius se sumant, sicut in mortalibus eorum corporibus. Magna est gloria creatoris, creaturas habere ad eum sibi subiectas & obediens: ut finant se, pro ipsius arbitrio tractari: siue reddat, siue auferat corporis sanitatem, ac vitam: magna felicitati sibi tribuentes quod omnem eius voluntatem exequi possint; quia totam suam vitam in ea executione ponunt. Cum igitur DEVS ita glorificetur, ex eo quod tu cum patientia & letitia, quæ ipse tibi mittit, sustineas ob illos fines, quos ipse intendit: da operam, ut ita sustineas, ne ipse contemptui, sed magno honori in æternum habeatur, Amen.

CAP. IV.

RESPONDETUR QUERELIS INFIRMORVM FERVENTIVM quod prestare non possint quæ sani. Insinuatur summa timor, quæ ipsis faciendæ sunt, & patientiæ bonæ.

EX PRÆDICTIS in superioribus capitibus sufficientia responsa deduci possunt, ad pias feruentium querelas, cum infirmantur, aut valetudinarij sunt: eod quod videant, se non posse ea prestare, quæ alias solebant; vel quæ alij præstant: iudicantes, se decrescere ac deficere in virtute: ut qui non impleant illa tria, quæ Christianus quilibet tenetur explere erga se, erga proximos, & erga Deum nostrum. nam neque solitas penitentias obire possunt: cum potius alij ieiunantibus, ipsi vesci carnibus cogantur; & quando alij vigilant, & laborant: ipsi dormiunt, & in lecto iacent; nec munia sua erga proximos prestare possunt, siue gubernationis, siue prædicationis, lectionis, aut ministerij pauperum; nec quod tenentur, quo ad diuinum cultum, siue orando, siue Missam audiendo, seu diuinis officijs, & similibus alijs assistendo, quam ob causam solent esse tristes, abiecto & pusillo animo: iudicantes se non ita esse in gratia apud Deum, sicut alij: quibus quodammodo inuidet, videntes, se non posse prestare, quod illi. Quod totum planè euanesceret: si bonam suam sortem agnoscerent, vellentque contenti cum illa esse. Ad quod est supponendum: duplici infirmitatum genere solere Dominum nostrum suos visitare, ut clarissimos in sanctitate faciat: grauioribus scilicet per duas interdum, vel quatuor septimanas grauius eos premendo: aut lenioribus, sed continuis: quales sunt ordinarij valetudinis defectus, in aliquibus quidem maiores, in alijs verò minores, relictis interim eis, aliquibus viribus ad nonnullos labores obeundos. Priores mittere solet peccatoribus, ut in eas angustias redacti, conuertantur, vitæque rationem mutant: quæ modum in primo Tractatu est dictum, eisdem etiam mittit tepidus iustus, ut renouentur, & ad primam feruorem redcant: et si feruentes sunt, ut multum ad-

Gloriosum
Deo ab in-
firmis sibi
seruiri.

*Infirmitas
renouat ho-
minem.*

4. Reg. 20.

11.
Isa. 38. 8.

*Infirmus
proficit, nisi
videatur
deficere.*

a Osa. 2. 15.

b Iob. 33. 25.

Iob. 29.

huc crescant, quasi cursum denuò incipientes: Quamuis enim, durate infirmitate, videantur retrocedere, nihilq; aliud facere, quam pati: hoc tamen ipsum eò tendit, vt maiori feruore ad laborandum redeant. Hoc mirifice delineauit Deus in illo signo, quod Regi Ezechiae dedit, restituta ipsi sanitate, cuius supra fecimus mentionem. Nam quemadmodum sol, eo die ab oriente per aliquot horas continue progressus; repente ex voluntate Dei, retrocessit per decem horas, non tamen secuta nocte: quia non transiit ad alterum hemispherium; sed nouum ortum faciens denuò cœpit cursum ab oriente, & ita fecit diem valde longum, & extraordinarium. Ita Iustus, qui ab oriente suæ conuersionis, aut ab infantia sua prospere in diuino seruitio perrexit, emittens ex se lucis & gratiæ radios, tanquam sol; Dei legem seruans corde perfecto, quemadmodum Rex ipse Ezechias dixit se fecisse: talis (inquam) Iustus ex caelesti consilio incidit in aliquam infirmitatem, vel aduersitatem aliam, quæ in specie facit eum retrocedere, sibi que videtur, iam non habere virtutem, nec religionem; sed contrariam viam tenere, quam eius status & vitæ ratio exigit: reuera tamen, licet infirmitas, aut calamitas grauius premat, nõ illum interius obscurat, nec in peccati noctem deiicit: sed iterum in oriente, & in statu quodam Tyronis & incipientis, vt sibi videtur, collocat; vt iter suum denuò quasi nõquam illud inchoasset, tanto feruore currere incipiat, atq; si cursum suum eo die primùm ineiperet. Et hic vnus est ex præcipuis fructibus, quos Deus ex infirmitatib. & aduersitatibus educit: ita nos renouando, vt finis aduersitatis initium sit vitæ nouæ, & quasi mane quoddam, & iuuentus feruentissima. iuxta illud quod per suum Prophetam dixit: quòd postquam transierit per vallem Achor, hoc est per tribulationem, *a canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Aegypti.* Nam in ipsa tribulatione reiuuenescet, & renouabit cantica & exercitia virtutum cum eo feruore, quo eadem exercebat, in primis diebus conuersionis suæ: quando eum Deus ex miserando eduxit statu, in quo erat. Et hoc est, quod habetur in libro Iob: *b consumpta est caro eius à suppliciis, ac doloribus infirmitatis, & quia sic satis est purificatus, par est, vt reuertatur ad dies adolescentiæ suæ, primùmq; feruorẽ. Et tunc deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in nubilo, ob eius vitæ mutatione, quæ est expertus, reddetq; homini iustitiam suam.* Et hæc erat renouatio, quã S. ipse Iob. in medio plagarum suarum vehementi desiderio optabat, dicens: *quis mihi tribuat: vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris huius mundi: sicut fui in dieb. adolescentiæ meæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo: mecum agens familiariter, quando tanta mihi erat lactis & spiritalis dulcedinis abundantia, vt pedes meos lauarem, & affectus dealbare.*

buiro & peira viua, quæ Christ^o est. *scilicet* mihirius oia ac deuotionis, quæ anima mea imbibebat. Hoc S. ille desiderabat in medio suarū tribulationū, cuius Deus citò expleuit desideria, restituens ei sanitatē, & omnia, quæ prius habebat, *duplicia*: nam, si prius iustus erat, multò postea sanctior euasit.

§. I. *Infirmos debere suis obligationibus satisfacere.*

NETAMEN existimes, hoc nos agere, vt omnis profectus reiiciatur in id tempus, quo cessat infirmitas: nam potius volum⁹ persuadere, te in eius decursu posse multum in sanctitate crescere; vt ex his, quæ hæctenus diximus, satis liquet. nam licet nō facias ea opera, quæ sani faciūt; facis tamen, quod Deus vult te tūc facere: perfectio autē & merita Iusti, nō tam consistunt vt ait S. Thom.) in faciendo, aut patiendo, etiā in distribuēdis bonis fortunæ pauperibus, aut effundendo sanguine in martyrio: quam in faciendo id, vt voluntati diuinę obediatur; eiq; quod Deus vult, sese cōformet. quod propriū est ipsius charitatis. Nam (vt dixit David) *d vita & felicitas nostra in voluntate eius est.* Cū igitur Deus tunc nolit, vt opera facias hominis sani, sed vt molestias feras hominis infirmi: merita & profect⁹ tui non sunt in faciendo, sed in patiendo: vt ei obediatur, te ipsum humiliando, & pariendo, vsq; ad mortem in ipsa cruce, cui es affixus. Quod si perfectio tua consistit in *obedientia*, maiores hic habes eam præstandi occasiones, quàm in ipsa sanitate, ob materiæ difficultatē. Nam tunc obligat te *patientie* præceptum, quod explēs in multis reb. valdē molestis; in doloribus scil. corporis tolerandis; in acerbitatib⁹ & molestijs medicamentorū; in isto quasi carcere; & lecti defatigatione, ac vexatione; in absentia rerum delectabilium, quibus sani licitè recreantur: in necessitate ac dependentia à multis alijs, qui tibi adsint: sine quorum auxilio nō potes ducere vitam, & necesse est, eos in multis, quæ tuo palato arriderēt, deesse, in tædio item, siti, & melancholia, quæ ex his omnibus oritur. Et nihilominus vrget te quoq; præceptum *vite* conseruandæ; cui parere oportet: comedendo etiam cum fastidio, ne morti des occasionem, & non bibendo, etiam cū valdē sitis: si id tibi noceret. Est quoq; obligatio obediendi *medico*, & infirmario: & licet præceptum non esset; erit tamen obedientia cōsiliij perfectissima, iuxta illud Ecclesiast. *e da locum medico.* Quid est enim locum ei dare, nisi te ad ei obediēdum, & quod præscripserit, exequendum, offerre. etiam si tuo palato amarum sit, & carni dolorem adferat. Et, ne existimes, hanc obedientiam esse valdē facilem, subiungit: *qui delinquit in conspectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medici.* quasi diceret. ob eius peccatum puniet eum Deus aliquo morbo: qui ipsum compellat aduocare medicum, qui, artem suam eexcendo, erit simul iustitię diuinæ executor, in rebus asperis & molestis præscribendis.

PRÆTEREA, ne te liberum omninò existimes à tribus obligationib.

recte

Perfectio
infirmi in
patiendo.

2. 2. q. 10. f.
23.

dP/al. 29. 6

Obedienti-
am maxi-
ma exerceat
infirmus.

e Eccl. 38. 12

f Mich. 5. 6.

rectè valentium, modum hic præclarum, tibi que valdè accommodatum aperiemus, vt satisfacere eis possis, cum non minori fructu, quàm ipsi sani. Tecum enim loquitur, cum ægrotas, Propheta Micheas, cum dixit: *f* indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te; vtique, *f* facere IUDICIUM & diligere MISERICORDIAM, & SOLICITVM ambulare cum Deo tuo.

1.
Iudicium.

Dai iustitia.

Confessio.

g Ecc. 38.

1..

Patientia.

Sermo con-
sideratus.2.
Misericor-
dia.

h Heb. 4. 5

PRIMUM igitur, in infirmitate *f* facere debes IUDICIUM & iustitiam, Dei causam ita iustificando, vt aperte confitearis, iustum eum esse: cum huiusmodi pœnis tuas culpas punit, vt in secunda consideratione est dictum: & tu ipse, tanquam diuinae iustitiæ minister, exqueris contra te ipsum, quidquam tanquam infirmo molestiam & pœnam adferet. Deinde statim ab initio infirmitatis illud etiam facies IUDICIUM, vt peccata tua cum magno dolore examines; medicumque spiritualem, qui Confessarius est aduoces, vt ei omnia confitearis: & sic sanatus in anima, infirmitatis radicem, quæ culpa est auferas. Ita suadet Ecclesiasticus dicens infirmo: *g* Auerte à delicto, & dirige manus: & ab omni delicto munda cor tuum. quasi dicat: statue firmiter, te nolle amplius peccare; manus verò & reliquas tuas potètijs ad bonorum operum exercitationem applicare velle: munda etiam cor tuum ab omni delicto per Pœnitentiam & Confessionem. Nec ad hæc præstanda expectes, donec id medicus iubeat, sed eum potiùs præueni, animæ prius, quàm corporis sanitatem querens; & medico remouens obicè tuorum peccatorum: quæ impedire possent fœlicè ipsius artis & industriæ exitum. Quod si sæpius alias confiteri consueuisti: ne bonam consuetudinem in infirmitate, quod in te erit, prætermittas: siquidem magis tunc opus habes auxilio gratiæ, quàm hoc Sacramentum præstabit; vt te sine peccato conserues. Faciendum etiã est IUDICIUM de te ipso circa mortificationes, operibus molestis, quæ à sanis sunt correspondentes. Tua enim temperantia aded nunc tibi esse potest molesta; atque sanis ipsum ieiunium & dolor, quæ nunc sustines, premet magis, quàm sanum lædat disciplina; & si ei quod nunc cogaris sustinere, etiam voluntatem tuã ita coniungas, vt spontè sustineas: erit tibi vtilissimum. Denique faciendum est IUDICIUM & iustitia, cum ab alijs visitaris, & colloquia conuersationesque cum illis mices. intelligens infirmitatem tuam non facere tibi potestatem de aliquo murmurandi, aut permittendi alios murmurare, aut in tua præsentia aliquid dicere, quod Deo displiceat, quando id comòdè poteris impedire.

SECUNDVM tibi faciendum, est diligere MISERICORDIAM: exercendo scilicet virtutum opera eo modo, quo tunc poteris, perpendens, sæpè Dominum Deum nostrum mittere infirmitatem ijs, qui duro sunt corde, nec aliorum miserijs tanguntur: vt videntes, se opus habere aliorum misericordia, discant & ipsi proximorum suorum misereri. Siquidem ipse Christus D.N. (vt Apostolus dixit) vt h nostris infirmitatibus compati possèt, voluit

luit

luculentari per omnia, ac dolores experiri, quemadmodum nos, sed absq; peccato. Et Prælati, qui patitur infirmitates, infirmantibus suis compatitur; & qui aliquando est infirmatus, est pius & sollicitus infirmarius. Et Ecclesiastic. monuit; *intellige, qua sunt proximi, ex te ipso*: ex tuis igitur affectibus, ac desiderijs cognoscere oportet ea, quæ tui proximi in huiusmodi occasionibus habent. Et quemadmodum tu desideras ab alijs in tua infirmitate visitari, recreari, & solatium accipere, tibi que ministrari: ita reliqui infirmi tantundem à te desiderant: & par est, te id, eoque modo erga eos præstare, quod illos velles erga te. Ex quo fit, vt meritò debeas MISERICORDIAM & commiserationem erga famulos & infirmarios, qui tibi ministrant, exhibere: non illos nimium absque necessitate onerando; nec tuū solatium & leuamen cum nimio eorum non necessario labore, quærendo. MISERICORDIAM etiam, quomodo poteris, debes in pauperes ostendere: Eleemosynis tuis eos iuuando: vt suis illi orationibus tibi impetrent sanitatem. quemadmodum *vidua flentes* impetrarunt resurrectionem *Tabitha defuncta, ostēdentes S. Petro tunicas & vesies, quas Tabitha illis dabat*. Quod si pœnas doloresque tuos in suffragium alicuius animæ in purgatorio detentæ obtuleris, vt 4. Consideratione supra dicebamus: acceptissima erit tua misericordia.

SVPER omnia autem necessè est SOLICITVM ambulare cum Deo tuo: idque varijs modis. Primum faciendū, quod suadet Ecclesiasticus illis verbis: *Ida suauitatem, & memoriam similaginis; & impingua oblationem*: q. d. offeras Deo thus, quod cum odore suauitatis sursum ad ipsum ascendat, exercēdo, orationis actus, in præcedentibus capitibus indicatos. Deinde, offerendum est electissimæ, & purgatissimæ similaginis, seu farinæ memoriale, sanctissimum scilicet altaris Sacramētum: in quo Saluatoris nostri Passionis memoria repræsentatur, & hæroica ipsius patientiæ fructus percipiuntur. Hoc autem perficies, si aliqua Sacra pro te fieri cures; & quoties poteris, *Communices*: id quod Religiosi facilius, quam sæculares, curare possunt. cum enim ægrotantis necessitas maior sit, non decet, eum recenti hoc subsidio, & fortitudine, quam sanctissimum hoc Sacramētū tribuit, priuari, quando commodè illud suscipere potest. Quod si Sacramentaliter non possis, communica saltem spiritualiter: desiderans ex toto corde, Sacramentaliter illud quotidie suscipere: vt quotidie te foueat, animumque tibi in ea afflictione addat. *Et impingua (ait) oblationem*: studēs hoc totum facere pio ac tenero affectu: cupiens totum cor tuum præbere Deo, tanquam id quod ipse maximè expetit. Debes etiam ita SOLICITVS ambulare cum Deo tuo: vt hanc sollicitudinem reliquis omnibus præferas, imò reliquas omnes ad hanc tanquam magis præcipuam referas: ex qua bonus reliquarum exitus pendet.

Compassio

Ecc. 31. 18.

Moderatio.

Eleemoly

na.

k Act. 9. 39.

Suffragium.

3.

Sollicitudo.

Ecc. 38. 11.

Oratio.

Missa &

Communio

Aff. eius.

m 1. Pet. 5.7

fic enim facies, quod S. Petrus monuit; *in omnem sollicitudinē vestram proici-
in Deum; quoniam ipsi cura est de vobis:* proiciēda igitur est in Deum sollicitu-
do vitæ, sanitatis, cibi, & potus; medicamentorum, & eorum effectuum; de-
litiarum, & rerum omnium, quæ ad tuā familiam, ad fortunas, & honorem
spectant: confidens curæ, quam providentia diuina de tuis rebus gerit, vt
proxima prima Consideratione est dictum. Nam si in tua infirmitate de ijs
eris sollicitus, quæ ad voluntatis Dei executionem spectant. ille quoque so-
licitus erit, & prospiciet de ijs, quæ ad tuam necessitatem subleuandā erunt
oportuna: & præbebit auxilium, vt etiā in lecto iacens, implere possis quæ
tui sunt muneris, in eo gradu, quo tunc obligaris. Memento: Christum D.
N. etiam cū penderet in cruce, & quidem omninō afflictum, non tamen
fuisse otiosum, nec prætermisisse facere, quod redemptoris officium ab il-
lo poscebat: & prædictas tres obligationes expleuisse. nam & pro se, & pro
hominibus orauit cum clamore, & lacrymis; petijt veniā pro suis inimi-
cis; remisit latroni culpam, & eidem promisit paradysum; curam gessit ma-
tris suæ, quam discipulo cōmendauit; & discipuli, quē matri dedit in filium.
Quibus omnibus docere te voluit, etiā cū es infirmus, non debere te tuū
officium & obligationes prætermittere; in eo quod iuxta vires tuas poteris
præstare. Deniq; ad hanc cum Deo tuo SOLICITUDINEM spectat: vt ma-
gna attentione, ac vigilantia resistas omnibus tentationibus; quæ te ad im-
patientiam impellent: siue à Dæmone suggerantur, siue à carne, siue à quo-
cunque homine, etiā tibi coniunctissimo: Dei semper honorē propugnā-
do; eiusque causam, etiā cum tuæ iactura, iustificando. quemadmodum fecit
S. Iob, quando illius vxor, videns ipsum *in testā saniem radentem, & in ster-
quilinio sedentem,* Deumque nihilominus laudantem, ei dixit: *Benedic Deo;*
& morere: hoc est, imprecare ei mala, teq; vlciscere ob ea, quæ tibi infert;
& irrita illum, vt te tandem interficiat: siquidem tibi est melius citō mori,
quàm tam diu cruciari. cui vir Sanctus respōdit: *quasi vna de stultis mulieribus
locuta es: si bona suscepimus de manu Dei, mal: quare non suscipiamus? non so-
lūm, inquit, non imprecabor mala; sed semper potiūs Sancto eius nomini
benedicam pro omnibus, quæ facit; siue bona nobis largiatur, siue mittat
mala. eum itaque in modum resistere decet omnibus tentationibus, & mu-
nire te patientiā, quæ optimum est, & potens armorum genus contra eas.*
Ex quibus omnibus licebit colligere: si calicem hūc infirmitatis pro Chri-
sto bibere cupias, te non minus meriti habiturum, quàm ipsi sani. Nam (vt
S. Bonauentura ait) maius meritum est; patienter aduersa perferre, quàm in
bonis operibus præstandis laborando sudare: vt enim ait Scriptura:
*o Deo immolabunt victimas iustitie, qui inundationem acerbi
maris quasi lac sugent.*

n Iob. 2. 8.

De proces.
S. Religi. 6.
25. citans
S. Gregor.

o Deut. 33.
19.

§. 2. Bona

S. 2. Bona PATIENTIÆ.

PRO vltima solatij, & consolationis causa, pro infirmis & afflictis, qui non possunt ea præstare, quæ sani, breuem summam subijciemus bonorum, quæ secum adfert PATIENTIA: à qua præcipuè prouenit vt infirmi suis obligationibus satisfaciant, vtilitatem ex infirmitatibus percipiant, hostiumque impugnationibus resistent: & ipsa eadem fons est innumerabilium bonorum, quæ cedunt in gloriam Dei, & commodum proximorum, ac nostrum in omni genere boni, quod vocamus honestum, vtile, ac delectabile, quemadmodum ex hæcenus dictis clarè colligitur.

PRIMUM PATIENTIA nos in vitæ Christianæ fastigio collocat. illa enim (vt S. Apostol. Iacobus ait) *opus perfectum habet: ex qua* (vt ait Gloss.) oritur etiam perfectio, ad quam ascenditur per gradus octo Beatitudinum, quas Christus D. N. in monte prædicauit: quorum vltimus consistit in PATIENTIA. Quæ etiam est lapis Lydius, in quo dignoscuntur gradus sanctitatis, iuxta illud Sapientis: *p doctrina viri per PATIENTIAM noscitur*. Nam in eo, quod nouit sustinere, ostendit, se veram sapientiam habere, vitamque suam illi accommodare.

Ex quo apparet, PATIENTIAM, certissimum esse indicium amoris, quem habemus erga Deum: cuius intuitu incòmoda huius vitæ, & aduersa sustinemus: non admittentes propter ea vllam culpam. Quare inter virtutes, quæ circa huiusmodi mala versantur, hæc est primogenita charitatis. de qua dixit Apostolus in primo loco, *q charitas PATIENS est*: cuius primi fructus (quos idem Apostolus *fructus spiritus* appellat) sunt pax, & PATIENTIA. est enim diuino huic spiritui familiare, per charitatem efficere pacem in medio tribulationum; & PATIENTIAM in ipsa dolorum acerbitate. Vocatur autem fructus diuinæ huius arboris, eò quòd spiritus noster, eo alatur, imò & recreetur: quia *s libenter gloriatur in infirmitatibus suis, vt inhabitet in eo virtus Christi*.

Et hinc oritur tertia eius excellentia, quia reddit nos valdè similes IESV Christo D. N. cuius vita, vt vidimus, tota fuit exercitatio quædam PATIENTIÆ. est autem valdè gloriosum, si quis Duci suo; Regi ac Deo suo assimiletur, eius insignibus induatur, secumq; semper illum habeat: Dicens cum Spona: *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*. desiderium enim eum imitandi (ait S. Bernard.) impellit me, vt semper de eius laboribus cogitem, coram oculis, & inter ipsa vbera mea habeam; dulcibusque affectibus eos amplectens, eorum fragrantia cor meum confortem. vt myrrhæ fasciculum, quem ipse mihi attribuit, portare valeam.

Thurecrem.
Tract. 28. in
Regul. S.
Benedicti.

I.

O Iacob. 1. 4.
In id. Iob. 4.
6. ubi est
perfectio
vitarum
tuarum.
p Prou. 19. 11

Z.

q 1. Cor. 13. 4
r Gal. 5. 22.

s 2. Cor. 12. 9

3.

t Cant. 1. 13
Serm. 4. in
Cant.

4.

In Psal. 117.
circa mediū.

Et homil. 1.
in 2. ad Cor.
Et hom. 5.
ad popul.
u Jacob. 5. 11

Hic accedit, quod PATIENTIA reddat nos similes martyribus, qui per eam consecuti sunt hanc excellentiam: & per eandem licebit nobis excellentiam illam obtinere, & martyrij cognomen promereri, Nam (vt S. Chrysoftomus ait) non est leue martyrium, quod quis inter grauissimos dolores, qui ad iras & blasphemias prouocant, ita se ipsum contineat, & refrenet: vt nec faciat, nec dicat aliquid, homine Christiano indignū: & paulo post: Fer ergo forti & generoso animo, quæ accidunt: hoc enim est tibi martyrium: ac propterea S. Iob martyris laudē promeritus est, quod dolores, & calamitates forti animo perpeffus sit: *huius sufferentiam* S. Iacobus Apostol. simul cum Regis martyrum patientia nobis ob oculos ponit, tanquam exemplar quod imitemur.

5.

3 p. Pastora-
lis admon.
10.
x Prou. 16. 32
y Luc. 21. 19.

Ex quo fit, vt PATIENTIA gloriosas obtineat de maximis nostris inimicis victorias: siquidem non solum homines vincit, sicut Martyres tyrannos vicerunt, & eorum carnifices; sed eadem (vt S. Gregor. perpendit) qui alios vincebat, vincit se ipsum, ac de suis propensionibus, & animæ perturbationibus triūphat. Quamobrē dixit Sapiens; *x melior est PATIENS viro forti: Et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium;* & ipse Saluator; *y in PATIENTIA* (inquit) *vestra possidebitis animas vestras*, hac sentētia insinuans impatientiā, ab earum possessione nos expellere. Infirmus enim impatiens a suo humore vincitur, & possidetur a perturbatione, cui se tāquam mancipiū in pugna, quam cum illa habet, victū tradit. At PATIENTIA de omnibus triumphat, iubet, prohibet tanquam Domina suis potentijs; cui omnes obediunt, seseque prosternunt. O PATIENTIA (ait S. Augustin.) *tu omnia vincis aduersa, non colluctando, sed sufferendo; non murmurando, sed gratias agendo.*

Serm. 11. ad
Fra in Ere-
mo.

6.

Lib. de bone
patientia.
cap 2.

z Prou. 19.
19.

a Prou. 15. 35

Ex hoc PATIENTIÆ bono aliud suauissimum oritur: quod omnes dolores faciat valdè tolerabiles; & vt labores minùs premant: sicut è contrā, impatientia omnia facit grauiora & molestiora; & in causa est, cur etiā sint prolixiora: quia Deus pænā protrahit, quæ admodum ipsa culpa dilatur. Quam ob causam dolor in Inferno & intolerabilis est, & æternus: eod quod damnatus: qui illū sustinet, sit impatientissimus. Quare impatientes, (vt ait S. Augustinus) dum pati repugnant, non se liberant a malis: sed ea sibi faciūt grauiora. At PATIENTES, qui potiùs tolerare volunt, quàm peccare, facilius ferentes mala leuiora, hoc est ipsas pēnas; euadūt maiora, ipsas scil. culpas, in quas ipsos deijceret impatiētia. ita enim Sapiens; *z qui impatiens* (inquit) *est, sustinet damnū.* Impatiens enim infirmus vermem deuorat, qui eius conscientiam rodit; & cor tanquam acerbum, & turbatissimū mare inquietum reddat: PATIENS autem magna quiete, & securitate fruitur: quam illi adfert sua PATIENTIA. nam (vt idem Sapiens ait) *a securā mens, quasi singe conuulsam.*

EX QVO etiam oritur, vt PATIENTIA liberet à multis aeternis, & gloriae coronam obtineat cum excellentia singulari. Per eam enim (ait S. Augustinus) inferni portae ocluduntur; paradisi referantur, eam ex corde diligentibus: Per eandem (ait S. Hieronymus) impleri, quod Christus Seruator noster monuit, cum dixit: *regnum caelorum vobis patitur, & violenti rapiunt illud.* Qui autem sunt hi violenti, nisi, qui aduersa tolerantes, vim sibi ipsis inferunt; nam etsi in lecto iaceant corpore debiles: sunt tamen spiritu fortes: & ita tolerantes dolores, magna vi rapiunt *regnum Dei*, quod est *iustitia, pax, & gaudium in Spiritu Sancto*: portasque aperiunt caeli Empyrei, vt ingredi- antur ad corregnandum cum ipso Christo.

PROPTER hanc vim & efficacitatem, quam habet PATIENTIA, affi- milatur valde ipsi DEO, in eo, quod bona educat ex malis, conuertendo haec in materiam, & augmentum insignium virtutum: quas generat, tanquam mater; fouet, tanquam nutrix; protegit, vt murus; perficit, vt Magistra: & praebens perseverantiam, dat omnibus coronam. Tolerans molestiam, quam tibi adfert fames & sitis, acquiris temperantiam, & abstinentiam: & ita facis tibi facile ieiunium; tolerans molestiam, quam adferunt iniuriae, & contemp- tus à tuis inimicis illati, comparas tibi humilitatem, & auges charitatem; tolerans paupertatis miserias, cohibes cupiditatem: & ita seruas iustitiam, vt nemini inferas nocumentum. PATIENTIA (ait S. Cyprianus) est, quae iram temperat, linguam refrenat, mentem gubernat, pacem custodit, dis- ciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium simularis extinguit, coercet potentiam diuitum, inopiam pau- perum refouet, tuetur in Virginibus beatam integritatem, in viduis labo- riosam castitatem, in coniunctis & maritalis, indiuiduam charitatem: facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias & contumelias mites. docet, delinquentibus cito ignoscere; si ipse delinquas, diu & mul- tum rogare: tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones & mar- tyria consummat. Haec S. Cyprianus. Quamuis autem PATIENTIA omnes praedictos effectus proferat in omni genere laborum & calamitatum; emi- nenter tamen eos manifestat in infirmitatibus, & acutis doloribus: vbi ma- gnae sunt eisdem exercendi occasiones. Quare illa est, quae respondet que- relis, & interrogationibus afflictæ NOEMI dicentis: *Cur vocatis d N O E M I, quam Dominus humiliavit, & affliccit omnipotens? o anima,* (ait patientia) quid lamentaris? attende bene, quid dicas: ego enim sum, quae hoc tibi nomen impono; praebeoque pulchritudinem, quam illud significat. Nam licet exterius turpis videaris, cum tanta laborum multitudine: ego tamen pulcher- rimam te efficio interius cum multitudine virtutum. Es pallida & macra in corpore ob infirmitates: at ego magnam tibi pulchritudinem tribuo, &

Supra.

b Mar. 11 12.

c Rō. 14, 19.

Tract. de bo- no patiē cir- ca finem.

“
“
“
“
“
“
“
“
“
“

d Ruth. 2. 21.

fortitudinem in spiritualibus bonis; ego acerbitatem tuam in dulcedinem conuerto & tuam miseriam in magnam fœlicitatem. nam ego te obedientem efficio, humilem, temperatam, modestam, alijs compatiens, & omnium, etiam hostium amantem. Desine itaque conqueri, nomenque NOMI, & pulchre cognomen admitte: Deus enim te humiliavit; ut per me exaltaret; & Omnipotens afflixit te; ut mei causa te consolaretur.

CAPVT V.

PERFECTIONIS DETRIMENTA QUAE EX
infirmis & conualescentia oriuntur. & ratio
eis occurrendi.



UM HAC TENVS comoda & vtilitates retulerimus infirmitatum, & præclaros fines, quos DEVS D.N. per eas intendit: operæ pretium nunc est, earundem pericula ac detrimenta recensere, quæ ex eisdem contra perfectionem oriuntur; ut ea præueniendo, auertamus. Sæpe enim, quod DEVS in vtilitate nostram statuit: hoc nos ex incuria conuertimus in detrimentum. Et experimur in multis infirmis & valetudinarijs, infirmitatem corporis etiam spiritui communicari, & efficere, ut ipsa anima vitijs & imperfectionibus inficiatur, & infirmetur: tum quod desint illi orationis & meditationis exercitia, quæ illam sustentabant, & excitabant: tum quod spiritus debilis infirmo corpori immersus non aliud cogitet, quam de solatio & recreatione sua: ad quam quærendam & obtinendam, sensualitatis & cupiditatis passiones relaxantur: sicut è contra iræ, & impatientiæ perturbationes, cum deest aliquid eorum, quæ desiderat. murmurando (ut ait Hugo de S. Victore de morbi grauitate, de medicamentorum acerbitate, de insipiditate ciborum, de infirmiorum & medicorum incuria. Et in singulis horum *quatuor* plures inuenit occasiones conquerendi, & impatienter ea ferendi, quibus admiscuntur multæ suspiciones, & iudicia temeraria: quæ eius anxietates, melancholias, & iras augent in eos, qui ipsius curam gerunt: & exaggerat, si qui sunt, defectus: alios verò mille, qui verè non sunt, sibi confingit; & molestias, ac difficultates, quas patitur, mirum in modum exaggerat. Quæ tamen oēs culpæ potius ex spiritus, quam ex corporis infirmitate oriuntur: Ipse tamen huic omnia tribuit: ut, quicquid caro appetit, obtineat; & eandem tanquam excusationis pallium accipit, ad occultandum aut excusandum malum, quod ipse facit; aliorum potius incuriæ, & infirmitatis grauitati, imò quodammodo ipsimet DEO, qui eam misit, illud attribuendo. Nam quemadmodum Adamus culpam suam excusauit,

Lib. 1. de
Claustro a
toma 6. 12.

Quatuor
infirmorum
querela.

lavit, dicens: *emulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi:* quasi dixerit, tu Domine huius mei lapsus es causa: eò quòd talem mihi mulierem dederis sociam: ita infirmus dicit: infirmitas, quam mihi misisti. causa est, cur talia faciam. quod si tu tanto onere non me pressisses: non frangerem ego iugum tuum. Sed Adami filio non patrociniabitur excusatio, quæ parenti non profuit: nam infirmitas non cogit liberum arbitrium, nec plus onerat premitve, quàm possit homo ferre absque peccato. Quare, si oneri succumbit, propterea id ei euenit, quod non recurrat ad ipsum DOMINUM, qui imposuit, ut auxilium præbeat ad portandum: sed arroganter præsumit solus portare eo modo, quo proprius illi spiritus dicitur.

HINC verò duo alia incommoda oriuntur, quæ tendunt ad contraria extrema. alterum est eorum, qui in suis infirmitatibus omnem suam cogitationem & fiduciam constituunt in remedijs medicorum; oblitus ipsius DEI, qui præcipuus est omnium medicus. Quemadmodum fecit Rex f. *Asa* cum *egrotaret dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quasiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.* Sed bene dicitur, quòd infirmitas fuerit *pedum*, per quos affectus animæ & gressus vitæ eius significantur. Hi enim verè magis infirmabantur, quàm corporis pedes. Sed ille non intellexit, quid Deus per illum dolorem illi significaret: voluit enim DEVS illum monere, ut ad se rediens prauos suos gressus, vitamque corrigeret: & ad verum cœlestem medicum pro verò remedio recurreret. sed quemadmodum *stupidus* quispiam, cum in hanc partem vocatur, in aliam se conuertit: ita ille à Deo vocatus, ut ipsum quæreret; ipso neglecto, ad terrenos medicos se conuertit: in quibus totam suam collocat fiduciam, contemnens diuinæ sapientiæ artem, pro arte medicinæ terrenæ.

SED neque in hoc satis rectè incedunt infirmi, iudicij & voluntatis suæ tenacissimi: qui in alterum extremum inclinantes, & corrigere, & docere volunt etiam ipsos medicos; eoque deducere, ut quod propria ipsorum voluntas & appetitus desiderat, ea medici præscribant: non tam periti & prudentis medici arti innitentes, quàm proprio suo iudicio, & sensuum appetitioni: quemadmodum infirmus ille g. *Naaman* Syrus, qui *Elifæi* Prophetæ consilium sequi recusabat, quo à lepra sanaretur; volens aliud sequi, quod proprium iudicium illi dictabat. Ex quo inobedienciæ & querelæ oriuntur multorum infirmorum, arrogantium sibi artem medicam: eò quòd cupiât medicamenta accommodare suis apprehensionibus, & appetitionibus: quæ ratione producunt magis & augent proprias infirmitates, & earum molestias.

HÆC LEPROA solet etiam adhærere ijs, qui existimant se esse spirituales. Qui, cum deberent esse Christi discipuli, facti sunt (ut S. Bernardus

ait)

e Gen. 3. 12.

Infirmi non imputes sed tibi.

Deo plus quàm medicinæ fidendū.

f. 2. PAR. 16 12.

Infirmi pedum.

Stupor infirmorum.

Nemo sibi medicus.

g. 4. Reg. 17.

Serm. 10. in
Cant.
Nimia cura
sui in vitio
est.

h Psa. 58. 10

I.

i Ma. 16. 25.

k loa. 12. 25.

l Rom. 9. 13.

Aut mar-
tyr, aut pœ-
nitens.

m Rom. 8. 6.

n Cap. 13. 14.

In Apologia
pro sua fuga

Infirmas
non proou-
randa, sed
toleranda.

ait) discipuli Hypocritarum: & ex Christi schola transferunt ad scholam Gale-
ni. quare totum suum studium, & curam ponunt in procuranda corporis
sanitate, & vita: non tanti facientes animæ salutem: Et præscripta cœlestis
medici pharmaca abijciunt, vt terreni præscripta sequantur; non quidem
omnino manifestè, sed occultè, pallio scilicet conseruanda sanitatis, ad ser-
uendum vltèrius, & melius eius largitori: adferentes pro se illud. Dauidis:
h fortitudinem meam ad te custodiam: quia non ob delicias meas, sed ob tuum
seruitium illam appeto.

§. 1. Sex remedia contra hæc incommoda.

INCIPIAMVS horum, in spiritu potiùs, quam in corpore, infirmorum
curationem à præscripto illo ac decreto, quod cœlestis Prothomedicus
suis constituit discipulis dicens: *qui voluerit animam suam saluam facere, per-
det eam: qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam.* & *in vitam
aeternam custodit eam.* sed quomodo eam perdet? id faciet (ait S. Bernardus)
aut vitam suam tradendo in mortem, sicut *Martyr*; aut eam affligendo, si-
cut *pœnitens*: quamuis genus quoddam sit martyrij, *si spiritus facta carnis
mortificentur.* Noli errare sed certò tibi persuadeas: te non posse in hac vita
esse perfectum Christi discipulum: nisi alterum ex his Martyrium, aut v-
trumque corpus tuum subeat. Nam aut tolerandum tibi est martyrium do-
lorum, & infirmitatù quas Deus tibi miserit; aut, si corpore sanus viues, sub-
eundem tibi est martyrium pœnitentiarum & afflictionum, quas tu ipse
spontè subibis. Et fortè volet DEVS, te infirmari: quia, cum sanus es, mul-
tùm tibi indulges, aut indulgeres, si non infirmareris. Quod si vtrumque
Martyrium effugere studeas, non Christi, sed Epicuri discipulus eris, car-
nis scholam frequentans: *in cuius prudentiam* S. Apostolus dicit, *esse mortem,*
& *carnis sapientiam inimicam esse Deo: legi enim Dei non esse subiectam,* sed re-
bellem: quia tota illa in eo est, vt n *curam eius facias in desideriis,* & propen-
sionibus eius explendis. Non id dico, vt tu ipse infirmitatem quæras, aut
culpabilem eis præbeas occasionem: sed vt sanctos Martyres imiteris, qui
(vt S. Athanasius ait) prudenter subducebant se ab ira Tyrânorum & carni-
ficum: quando autem Deus illos eorum manibus tradebat, cum hilaritate
Martyrium acceptantes, patienter tormenta tolerabant: ita etiam, quod in
te est, prudenter debes sanitatem tuam conseruare, morbumque præueni-
re: si tamen Deus corpus tuum doloribus & afflictionibus tradiderit am-
plectere cum gratiarum actione hoc Martyrium: & molestias, quæ solent
ipsas aegritudines comitari patienter omnia tolerando, & magnæ felicità-
tati tuæ tribuendo, quod Martyrum Regem, saltè in hoc dolorum Mar-
tyrio imiteris, qui fortè dignus non es, cum in Martyrio sanguinis imitari.

COGITA,

COGITA, te arborem esse, in o *monte myrrha* plantatam iuxta Iesum Christum Saluatorem tuum, qui in eodem monte semper habitauit. Et quem admodum, quando huiusmodi arbores parum myrrhae per poros proprios distillant, excorticantur in aliquibus partibus, & punguntur, vt distillent copiosorem: ita DEVS D.N. videns te, dum sanus esses, ne te ipsum vinces, parum myrrhae mortificationum sponte proferre: voluit infirmitatibus ac doloribus te pungere vt in eis te exercendi occasionem haberes. par est autem, operam dare: vt sis *Myrrhae* arbor valde fecunda & copiosa in patientia: & ne in *spinam* degeneres ob impatientiam: tuis alios querelis pungendo, malis que tuis exemplis eorum conscientias lædendo. Cogita, *quatuor* illas res, quæ sunt in infirmitate, esse instar *quatuor* styloꝝ, quibus Deus te pungit: non vt alios tu mortifices; sed te ipsum, in tolerandis corporis doloribus, *medicamentorum* acerbitate, *fastidio*, siti, & infirmiorum *negligentiis*. NAM licet huiusmodi aduersis imponat tibi spineam *coronam* in hac vita; simul tamen fabricat tibi magnæ gloriæ coronam in altera: quam per patientiam consequeris: & per eandem corpori tuo dabit *quatuor* gloriosas dotes, faciens illud *immortale, imparabile, agile, & spirituale* ac splendidum; & sic omnibus tuis laboribus finem imponet in æternum; p̄dans tibi (vt ipse promisit) *coronam* hanc præclaram pro afflictione, quam iustinisti; & *pro cinere*, quo te operuisti. Quod etiam dixit Christus Dominus S. Catharinæ Senensis, apprensus ei cum duplici corona, altera *spinarum* in vna manu; altera *rosarum* in altera: dicens, vt alteram earum sibi eligeret, quam vellet in hac vita; ita tamen, vt, quam nunc reijceret, reciperet in altera vita. Illa verò ex eiusdem Domini, qui eas ostendebat, inspiratione, *spinarum* coronam elegit, & absque vlla mora capiti suo infixit: vt suo sponso, qui simili coronatus fuerat, similior euaderet: alteram verò *rosarum*, in alteram vitam reiecit: in qua flores nunquam marcescunt, nec prosperitates finiuntur: quia sunt æternæ. ô si huiusmodi electionem facere posses, gauderes, te in isto lecto sic coronatum iacere spinea corona, quam tuus Saluator tibi imposuit: tanta enim eius est charitas, vt sapius etiam in hac vita, dum spinam corpori infigit, rosam simul in spiritu inferat: conuertens scilicet spinam in rosam: vt ægros ipsos magis in infirmitate recreet, quam ipsi sani recreentur in sanitate; maiusque tribuat eis in dolore solatium, quam alij habeant in requie. Et quia hoc nõ intelligis, tu ipse es in te crudelis; maximumque tibi adfers detrimentum, cum te tanto solatio priuas. Id enim signauit sapiens, cum dixit: *qui impatiens est sustinebit damnum*, cum enim paruum damnum ferre reculas, coges multa & grauiora in corpore & anima, in hac & futura vita tolerare. quot enim commoda diximus adferre P A T I E N T I A M: tot incommoda adfert, quæ illi aduersatur impatientia. repellit enim hæc omnia

Tom. 1.

Zzz

com-

2.

o Cant. 4. 6.

Ex Plinio
lib. 12. c. 14.Myrrha sis
fragrans
non spina
pungens.

3.

Corona nũc
spinea, post
gloriosa.p̄ Isai. 61. 3.
In eius vita.

4.

spina mu-
atur in
rosam.

q̄ Pro. 19. 10.

Patientia
comparatio-
nem ex
uat.

Luc. 16. 11.

Canis La-
zar. medi-
cus.

5.
Medico pro-
pter Deum
obtempera.

Eccli. 38. 7.

In eius vita.

6.
Eccli. 38. 2.

1. Cor. 3. 7.

Deus per me-
dicos sanat.

Isa. 38. 2.

commoda, quæ illi erant à DEO, ab eius Angelis, & alijs hominibus ven-
tura: Qui, licet ex propensione sua commiseratione tangantur: solent ta-
men impatientem huiusmodi infirmum cuitare. Contra verò etiam duri-
ores propendunt ad commiserationem eius, quem vident esse valde patientem.
Propterea enim Christus D. N. dixit: *canes lnxisse vlcera patientis La-
zar:* quia enim nec panniculum habebat, quo ea tergeret; nec medicamen-
ta, quibus curaret: disposuit prouidentia diuina, vt *canum* linguæ loco mol-
li panniculi, & suauium medicamentorū, illi mederentur: vt & sordes pur-
garent; & dolorem, quo afficiebatur, lenirent. Vt ex hoc intelligas diuinam
prouidentiam etiam crudelia corda vt canes immutare, & emollire, vt infir-
mis patientibus compatiantur, & ministrent.

HVIC PATIENTIE spiritui coniungere debes spiritum OBEDIENTIE,
vt medicis obtemperes in omnibus, quæ prudenter in tuam sanitatem con-
stituunt: etiam si aspera illa sint, ac sensui ingrata. extollenda verò est inten-
tio tua ad finem sublimiorem. non enim hæc obedientia propter sanitatem
solam est præstada: (nam hoc & gentiles & peccatores faciunt) sed quia Deo
placet, gratumque est, quod medico obedias: siquidem ipse dixit: *honorat
medicum, propter necessitatem*, quia eo opus habes, *etenim illum creauit altissi-
mus*, qui honor non solum consistit in *reuerentia*, qua dignus est; aut *mercede*,
quæ illi debetur: sed etiam in *obedientia* qua paretur ei in ijs, quæ circa meam
sanitatem præscribit: nam qui in ijs ei non obtemperat: eundem contem-
nit, quasi parui faciens eius peritiam, & quæ præscribit. alioquin, cum tu-
am sanitatem ad eum desideres: non negligeres, quod ille præscribit. Hoc mo-
nitum spectat magis ad eos religiosos, qui ex legibus suis habent, vt ægritu-
dinis tempore obediant medicis corporis dirigentes scilicet eam obedi-
entiam ad finem ipsius religionis. Quemadmodum S. Bernardus, cum à suo
Abbate iuberetur obedire cuidam rustico, qui se obtulit ad eum curandū;
quamuis ille, quædam valde disparata præscriberet, subiiciebat ipse suum
iudicium, ei que ita in omnibus parebat, atque si ipsemet DEVS eadē iuberet.

Ex quo fit, quod hæc obedientia non debeat præstari, collocando pro-
priam fiduciam in ipsis medicis; sed in prouidentia DEI, à quo est *omnis me-
dela*. ipsius enim est efficere, vt medici scopum attingant; & medicamenta
suam habeant efficacitatem: eum in modum, quo dixit Apostolus: *u neque
qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus*. ita neque
medicus, qui aliquid præscribit; neque infirmarius, qui illud exequitur, sa-
nitatem dant ægroto; sed ipse DEVS, qui eos dirigit: vtens eorum industria;
addens verò, quod illis deest: vt adhibita remedia, suum effectum conse-
quantur. ac propterea sæpè adfert sanitatem per media, quæ videntur con-
traria, & repugnantia, *xposita*. exempli causa, *massa de ficis calida super vulnus*

calidum,

calidum, vt sanaretur; & y lmiendo lutum ex spuro super oculos cæci, vt visum reciperet, extrahendo; z fel ex intestinis piscis, ad sanandum oculos, in quibus esset albugo. Et propterea dicitur, etiam aqua ei mederi, qui sit aliàs superuicturus: nam si Deus vult sanitatem reddere, id ea via facit, de qua minus cogitatur: quæ vt plurimùm est, obedientia prudentibus & Christianis medicis exhibita: quia nõ faciet Deus infirmis inobedientibus, & proprias voluntates sequentibus, sicut noluit sanari Naaman, donec se subijceret & obediret Eliseo. Refert tamen non parum, q̄ medici arti suæ virtutẽ etiã coniungant; & industriæ, ac diligentia humilem in Deo fiduciam: orantes, vt feliciter euenire iubeat, quæ ipsi præscribunt, quemadmodum monet Ecclesiasticus, de eis dicens; b ipsi vero Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorũ, & sanitatem propter conversationem illorum. & ita ipsis medicis expedit ratione officij sui, quod multis aliàs erroribus & periculis est expositum. ac propterea favore & auxilio Dei opus habent, ne in illa incidant, cum iactura etiam suæ opinionis, eò quòd plus æquo arti suæ tribuerint.

§. 2. Remedia incommodorum conualescentia.

SEd VT ad ipsos infirmos redeamus, necesse est, eos cognoscere impugnationes inimici in reliquijs infirmitatum; & nominatim in conualescentia, in qua solent vt plurimùm in quinque vitia impingere; gulam scilicet, otiositatem, relaxationes prophanas: inconstantiam in ijs quæ benè proposuerant, dum infirmitate premerentur; obliuionem, & iugritudinem beneficiorum acceptorum.

GULA est veluti dux, prætextu necessitatis, ad vires deperditas reparandas, excedunt enim hoc nomine tam in quantitate, quàm in qualitate ciborum, cum detrimento virtutis temperantiæ: imò aliquando etiam ipsius recuperatæ sanitatis. Gulam sequitur OTIOSITAS, ex prætextu debilitatis: quare nimio somno indulgent, aditumq; pigritiæ præbent, ac tædio piorum exercitiorum, orationis, & familiaris cum Deo consuetudinis, à quo sanitatem receperunt. Et quoniam Dæmones statim accurrunt ad otiosos: non negligunt, eos, ad malas cogitationes, & inutilia desideria incitare. De huiusmodi. n. infirmis, & valetudinarijs, valde aptè intelligitur dictũ illud sapiētis c in desideriis est omnis otiosus. variatũ sc. deliciarũ, & inaniũ colloquiorum, ac recreationũ. Nam statim Sathanas, proponit illis RECREATIONES aliquas vitiosas, & PROPHANAS, suiq; status ac p̄fessionis indignas, ad quas tamen facile accedunt, quasi infirmitas potestati eis faceret videndi, audiendi, & de omnibus, quæ illis in mentem veniunt, colloquendi; aut etiam faciendi, quod ipsos aliàs non decet. Ex quo prouenit vt ipsamet d desideria, (vt idem Sapiens dixit) ipsos occidant, crucient scilicet culpīs, & earum remoribus. Hinc etiam oritur, vt feruentia illa PROPOSITA, quæ in infirmi-

y Ioan. 7. 96
z Job. 6. 9.
Obediens etiam per contraria sanatur.
a 4. Re. 5. 14.

Medicum iuuat pietas.

b Eccl. 38. 14.

Quinque vitia conualescentiũ.

1.
Gula.

2.
Otium.

c Pro. 13. 4.
iuxta LXX

3.
Recreatio prophana.
d Pro. 21. 25.

4
Inconstan-
tia.
c. Iob. 15. 33.

5.
Ingrati-
tudo.

c. 2. Para. 32.
25.
4 Reg. 20.
12.
Isai. 39. 1.

Ingratitudo
Ezechie
regis.

g. 2. Par. 32.

Tentatio
virtutem
probat.

tate conceperant, FRIGEScant, sintque quasi *oliua proiciens florem suum*. Cū enim DEVS ita infirmum emolliuerit, vt flores bonorum propositorum produceret, is in conualescentia ita eos projicit à se, vt nullum fructum adferant. Et ita incidit in quintum vitium, quod est *ingratiitudinis* beneficiorum acceptorum à Deo in decursu infirmitatis, & modo, quo ab ea fuit liberatus: nec eorum aliter est memor, quàm vt cum iactantia quadam & superbia eis referendis recreetur: non dans *gloriam*, DEO, cuius verè est; nec *gratias* agens, quas propter illa meritò debuit.

HORRENDVS est casus Regis Ezechie: cui DEVS in aegritudine adeo fuit ob lacrymas, cum quibus orauit: vt, cum adeo prodigioso miraculo, quale supra retulimus, illi dederit sanitatem, pro cuius gratitudine, laudis Canticum valde pium cecinit, & nihilominus addit Scriptura diuina: *et sed non iuxta beneficia, qua acceperat, retribuit: quia eleuatum est cor eius, & facta est contra eum ira*. Nam cū Rex *Babylonis* misisset ad eum *litteras & munera*, vt de recuperata sanitate illi congratularetur; & intelligere posset miraculum, quod in ea recuperanda DEVS fecerat: Ezechias inaniter letatus ea legatione, *offendit legatis*, non sine iactantia, *omnes* suas diuitias, & *thesauros*, retulitque miraculum, quod illi scire cupiebant: non dans gloriam Deo, qui fecerat; nec eius magnalia prædicans cum intentione & zelo legatos ipsos, & reliquas provinciarum eorum gentes conuertendi, vt verum DEVM agnoscerent, & adorarent; eique, vt par erat, seruirent. Quam ob rem adeo est Deus iratus: vt statim miserit ad eum Isaiam Prophetam, à quo culpæ suæ grauitatem agnosceret. (adeo enim vanitas eum excæauerat, vt culpam suam non agnosceret) minatusque est illi horrendas pœnas, quas Deus statim misisset, nisi humili sua pœnitentia eas præuenisset; & vt in aliud tempus differrentur, impetrasset. Illud verò magnum meritò incutit merum, quod in eo casu addit Scriptura: *g dereliqui eum Deus, vt tentaretur: & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius*: quasi diceret: elatus fuit superbia intus in corde suo, ob acceptos à Deo fauores, & beneficia: suis ea meritis tribuens. ideoque permittit Deus tentationem illam: vt superbia, quæ latebat, prodiret exterius, & agnosceretur ac curaretur. Si igitur hæc Regi adeo zeloso & sancto euenerunt: quomodo non timebunt, qui ex suis infirmitatibus conualuerunt, magnaque à Deo beneficia perceperunt, si ingratos se præbeant, & acceptis beneficijs abutantur? Noli multum inaniter tribuere bonis affectibus, ac desiderijs, quæ in tua infirmitate concepisti: non enim quidquid splendet est aurum; nec desideria illa & animi proposita Deo seruiendi adeo sunt solida, & firma: sicut tu existimas, nec humilitati inniruntur, quam tu cogitas. Vt ergo hunc errorem deponas, accedit desertio à Deo; & permittit tentari te, & succumbere. idque interdum, non

vehe-

vehementibus tentationibus, sed leuibus, ac facilibus: quales fuerunt huius Regis. vt ipsa experientia agnoscas; quanta tua sit imbecillitas, & miseria. siquidem parua adeo occasiones sufficiunt, ad te in magna vitia deiciendum; & ex ipsis diuinis beneficijs nouorum peccatorum occasionem cum superbia, & ingratitude fumendam.

Ex alieno igitur periculo disce, cautus esse: daque operam, vt bonorum desideriorum flores, quae Deus tibi in angustijs infirmitatis dedit, fructum statim proferant: executioni ea mandando, quantum licebit; & fidelem te praebendo in exequendis bonis inspirationibus in gratiarum actionem, ob sanitatem, a Deo propterea forte collatam, quod te ad eas exequendas obtuleris.

MEMOR esto, Christum D.N. non sine causa, cum duos infirmos in suis grabatis iacentes, pedum & manuum vsu priuatos, sanitati restitueret, vtrique dixisse: *h tolle grabatum tuum, & ambula: eosque statim grabatum ipsum supra se sustulisse, & ambulasse.* vt intelligas: quando Deus sanitatem tibi impertit, suamque voluntatem inspirat: debere te merito in gratiarum actionem statim illam exequi, etiamsi onus sit graue: nam, qui sanitatem dat, vires quoque dabit, ad pondus tollendum, quod cum illa imponit. Quod si Daemon, aut caro tua, & prauis consiliarij, dissuadeant: responde, quod Paralyticus ille cum reprehenderetur, quod grabatum suum tolleret in die Sabbathi: dixit enim: *qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula.* & hoc mihi satis est, vt id praestem. Quod si in hoc fidelis non eris: merito potes penam timere, quam eidem Paralytico Christus Dominus fuit minatus dicens: *iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

ACCIPERE exemplum eius quod facere debes, in S. illo viro SERVULO paupere & infirmo. de quo S. Gregorius haec refert: quod vsque ad finem vitae in grabato paralyticus iacebat; nec stare poterat: nec vnquam in lecto surgere, vel ad sedendum valebat: nunquam manum suam ad os deducere, nunquam te potuit in latus aliud declinare: nec tamen propterea otiosus vnquam erat. & cum nequaquam literas nosset: ex Eleemolyna tamen, quam accipiebat, Scripturae Sacrae sibi met codices emerat: & religiosos quosque in hospitalitatem suscipiens, hos coram se legere, studiosè faciebat, factumque est, vt iuxta modum suum plene Sacram scripturam disceret: vt seorsim eam meditaretur. studebat autem semper, in dolore gratias agere: hymnis Deo, & laudibus, diebus ac noctibus vacare. Quamobrem promeruit in hora mortis Angelorum laudes in caelo audire: ad quas, dum aurem cordis intenderet. Sancta illa anima carne soluta est. Quae scilicet exeunte, tanta illic fragrantia odoris aspersa est: vt omnes, qui illic aderant in aestimabili suauitate replerentur, quousque corpus eius sepulturae trade-

1.
Bona proposita max. exequere.

2.
h Marc. 2. 11
Ioan. 5. 9.

Grabatum statim tollendum.

3.
4 Dialog. 14
S. Seruli infirmi exercitia.

”
”
”
”
”
”
”
”
”
”
”
”

retur: in testimonium gloriæ, qua eius anima fruebatur, ob dolores, quos in terra fuerat perpeſſus. Ex quo exemplo, intelliges, feruenti etiam pauperi non deesse, vnde possit *Elemosynas* facere: & licet ægroto, *occupationem* tamen non deesse; & ignarum, inuenire tamen *industriam*, qua sapiens euadat; & quamuis Paralyticum, & manuum ac pedum vsu priuatum: habere tamen *cor & linguam liberâ* ad laudes diuinas decantandas; & gratias continuas Deo suo in medijs suis doloribus agendas. Quod si D. vs ab illis calamitatibus cum liberet: perdurare tamen in diuinis laudibus, ob nouam causam ac titulum, quo ad eas agendas se videt obstructum.

4
i Luc. 17. 15.
Gratus sis
sanitate re-
cepit.

ESTO denique memor Samaritani illius, quem CHRISTVS Dominus noster cum alijs nouem socijs à lepra mundauit; & tamen solus redijt, cum magna voce magnificans Deum, gratiasque ei agens. cuius fidem animiq; gratitudinem ipse Christus approbavit; reliquorum vero nouem ingratitude & doluit, & reprobauit: quod cum essent Israelitæ, magisq; propterea teneretur ad gratitudinem: eam tamen ingrati neglexissent; non agnoscetes beneficium, nec bonum socij exemplum sequentes. Vt plurimum enim, ex infirmis, qui sanitati restituntur, etiam si in petenda sanitate feruentes omnes sint, & importuni: plurimi tamen sunt in gratiarum actione negligentes. Tu autem da operam, vt sis ex numero paucorum, feruentior in agendis gratijs; quam in petendis: vt DEVS cœlestia sua dona tibi multiplicet, sicut solet ijs, qui se gratos ostendunt.

CAPVT VI.

VLTIMA AD MORTEM INFIRMITAS,
& horrenda illius hora tentationes, earumq;
remedia.



QUAMVIS Sathanas nostræ perditionis audidissimus, toto vitæ nostræ decursu non cesset, horrendis nos tentationibus aggredi, vt suo loco dicemus, & multo minus officium hoc negligat tempore aliarum infirmitatum; in vltima tamen, quæ illum non latet, a iram suam magnam magis ostendit: sciens quod modicum tempus habeat, ad nos aggrediendos: & nisi tunc nos vincat, in æternum se victum mansurum. Cuius horrendi cõflictus depicti sunt in illa visione, quam refert S. Ioannes in Apocalyp. dicens: b Ecce vidi equum pallidum, & qui sedebat super eum, nomen illi MOR S, & INFERNVS sequebatur eum. Quis in illo certamine equus est pallidus, nisi corpus infirmum, macrum, ac decolor ex infirmitate? quis vero illi cum MORTIS cognomine infidet, nisi MORS ipsa: quæ aculeum &

a Apoc. 12.
12.

b Apoc. 6. 8

calcat iethali agritudini addit: qua tyrannicam suam furiam exequatur? & quis INFER NVS ille, qui eum sequitur, nisi *sepulchrum*, in quod corpus defertur; & *aeternus carcer*, in quem anima misera detruditur: quæ se tentatori ad pugnandum cum ipsa accedenti, dedit. *Triplici* enim horrendarum tentationum genere eam aggreditur, ob trium prædictarum rerum timores: quibus ad impatientiam, diffidentiam, & alia innumera peccata eam provocat, & impellit.

PRIMÆ tentationes oriuntur ex *corporis* infirmitate; & ijs, quæ illam comitantur. Nam continui dolores, cibi inappetentia, sitis anxietas, febris æstus, defectus somni, somniorum deliria, medicamentorum acerbitas, & variorum remediorum cruciatus, multò magis tunc premunt, & sunt quasi milites tentatoris; qui, vt corpus ipsum oppugnant, donec prorsus destruant: ita miserum spiritum vrgent, vt deiciant in tristitias nimias, anxietates, & querelæ in eos, qui ipsi assistunt: imò interdum etiam in ipsum Deum. Quò autem maior est sanitatis amor: eò tentatio est terribilior: quæ ipsam infirmitatem ita auget: vt etiam prohibita media desideret; contemnens Dei legem, vt corporis molestiam possit alleviare. quemadmodum c *Rex* ille, qui, *cùm egrotaret, misit nuncios suos, vt consulerent Belzebub Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel.* Quamobrem miserè in peccato suo mortuus est.

POST has tentationes, valdè premunt secundæ, ex d MOR TIS timore ortæ: cuius *memoriam* dixit Ecclesiast. *amaram esse homini pacem habenti in substantiis suis*; resque huius vitæ diligenti: sed quanto erit amarior eius præsentia, quã iam iam videt imminere: præcipuè si in flore suæ ætatis eueniat; videatq; abscindi se, cū incipiebat hac vita frui? mors. n. (ait S. Augst.) ad eò molesta est & acerba: vt nec verbis explicari, nec vllis industrijs euitari possit. Huic acerbo ad eò timori *tria* alia tentationū agmina cōiunguntur, orta ex bonis, in quibus affectum & amorem suū repositū habet. Impugnat enim dolor, ex *discessu* à filijs, aut vxore, aut marito, aut cognatis, & amicis, quos valdè diligunt; & ex *diuitiis*, thesauris & possessionibus relinquendis: quas sibi congregauerant; ex *dignitatibus* quoque, honoribus, & officijs acquisitis. & quoniam necesse est, hæc omnia relinquere: id eò ea singula adhibet Sathanas, ad cor expugnandam illis alligatum. Et quoniam ipse nudus est, luctatur verò cum vestito: citius hic ad terram deijcitur: quia (vt ait Sanctus Gregorius) habet vnde teneatur. deijcitur autem in impatientiam, & tristitiam ad eò profundam, vt nonnunquam peruenerit ad blasphemiam in ipsum Deum, tanquam iniustum & crudelem qui tam citò illum spoliat rebus quas dederat.

I.
asi rmitas
corporis.

c 4 Reg. 1.
2. 6.

2.
d Eccl. 41.1.
Mortis ti-
mor.

Lib. 13. de
Ciuit. Dei
cap. 11.
Amici.
Opes.
Honores.

Homil. 32.
in Euang.

3.

*Metus futurorum.**d Matt. 7. 5.*

S E D adhuc multò terribiliores sunt tertiæ tentationes ex timoribus ortæ rerum, quæ sunt venturæ. Nam tunc Sathanas memoriam præteritorum peccatorum renouat, eaque exaggerat: diligentiam verò adhibitam, ad veniam eis impetrandam, imminuit; extollit diuinæ iustitiæ seueritatem, in ratione exigenda: terribilitatem inferni, quem minatur. Quòd si permittatur, torquet ipsam imaginationem horrendarum rerum imaginibus; verbisque internis detestandis, & blasphemijs contra diuinam misericordiam. idque totum in eum finem suggerit, vt in desperationis abyssum præcipitet, veniæque impetrandæ portam occludat. Denique pauperculæ animæ d *domus* oppugnatur in illa hora simul à *pluuuis* è cælo, à *terre fluminibus*, & à *uentis* flantibus: affligunt enim *infirmities* à Deo missæ; *bona* terrena, quæ deserit; & maligni *spiritus*, qui fortiter eam impellunt, vt deiciant. Quod si misera fundata sit super *arenam* mobilem, vitæ praua, tepidæ, ac inordinatæ: magno periculo est exposita decidendi. Si autem super *lapidem* solidum & fortem vitæ cuiusdam bonæ, feruentis, & ordinatæ, non cadet propter hasce tentationes, sed victrix potius earum euadet.

1.

*In die mala liberat nos Dominus.**e Job. 5. 19. Lib. 6. Moral. c. 15.**f Sapi. 3. 1.*

S E D remedia iam adhibere incipiamus, vt ex grauius ad eò certaminibus victores euadamus: consuetudinem vincendi hostes, in vita facientes: vt facilius eos in morte superemus: domum animæ nostræ ædificantes super fundamentum ad eò firmum: vt in eo certamine sit secunda. si enim eam fundes super viam petram, qui est CHRISTVS; & imitationem Sanctæ eius vitæ: ille occurret tempore illius pressuræ, vt te protegat; & sustentabit ædificium quod toto præterito tempore firmum conseruauit. Propterea enim apud Iob dicitur *D E V S* *e in sex tribulationibus liberare iustum; & in septima non tangere eum malum.* significatur enim: (vt S. Gregorius declarat) quòd quem *D E V S* iuuat, vt *sex* vinceret tentationes, quæ in vitæ decursu eueniunt: eundem etiam iuuabit in *septima* tribulatione, quæ superuenit in die mortis, & rationis, ac iudicij extremi: ne tunc malum aliquod eum tangat. quamuis enim tangant eum ægritudinis dolores, & timores, qui affligunt: at hoc non culpæ malum est, sed purificantis pœnæ. Et propterea Sapiens dixit: *f iustorum anima in manu Dei sunt; & non tanget illos tormentum & malitia mortis; etiam si ipsa mors tangat: quia tormenti nomen non meretur, quod non est peccatum, sed hostis victoria.*

2.

Angelorum in morte fidelitas.

A D eandem victoriam multum confert Angelorum Sanctorum custodia. si enim Daemon in ea hora ad eò sollicitè nostram procurat perditionem: eò quòd videat modicum sibi tempus superesse: quanto erit magis sollicitus de nostra salute Angelus Sanctus, qui optimè etiam nouit, modicum sibi tempus superesse: & si tunc amittat sibi commissum, amissurum

etiam

etiam in æternum. & in ultimo g^o p^ol^oio inter Michael^{em}, eiusque Angelos cum Dracone & Angelis eius, victoriam S. Michael obtinuit : ad significandum, quòd ad singulos in ultimo p^ol^oio accedant tanta fortitudine : vt, nisi sibi ipsi desint, eorum sit futura victoria : cuius triumphum Angeli ipsi celebrant. Quemadmodum apparet in h^o mendico & infirmo Lazaro, ad cuius mortem venerunt Angeli sancti, qui animam eius portarunt in sinum Abrahæ, facientes illi in angustijs dolorum, ac desertionum eius : vt requiem conserueretur, quam suâ constantia in ijs tolerandis fuerat promeritus.

g Apoc. 12.

h Luc. 16. 22

§. 1. Contra tentationes ex doloribus, ac tristitijs prouenientes.

D E S C E N D E N T E S ad agendum in particulari de tribus predictis tentationibus, quâuis contra primas posita sint multa remedia, apponemus hic efficacissima pro his angustijs. PRIMVM autem deducemus ex eo, quod CHRISTVS Dominus N. dixit S. Petro, cum is impedire volebat ipsius Passionem : i calicem, inquit, quem dedit mihi Pater, non bibam illum; *kan putas: quia non possum rogare Patrem meum; & exhibebit mihi modopius quam duodecim legiones Angelorum? quomodo ergo implebuntur Scriptura; quia sic oportet fieri: vt ego moriar? ô si horum verborum vim, & rationum eius efficacitatem assequeris! Quis hic erat Seruatoris nostri calix nisi (vt supra diximus) omnium tribulationum, & persecutionum, quas in ultimo vitæ suæ agone sustinuit? quæ licet per manus Dæmonum, eorumque ministrorum inferrentur; erat tamen calix ab æterno Patre datus: quia is eas permittebat, & ad mundi redemptionem, & ipsiusmet Christi exaltationem dirigebat. & quamuis potuisset ipse ab eis liberari; noluit tamen: sed promptissimè amplexus est. & quamuis Angelorum legiones potuisset in suum auxilium adducere; non tamen illos admisit, vt ab imminentibus pœnis ipsum eriperent; præter vnum, qui venit, vt consolaretur, & confortaret eum. Et quoniam calicem hunc cum suis omnibus acerbitatibus, tanquam à sapientia & bonitate cœlestis sui Patris decretum aspiciebat: gaudebat spiritu, hauriendo illum: etiamsi carni esset acerbissimus: Et quamuis Sathanas in hora mortis eius accessit; nec ab eo tentando destitit: per Scribas, & Phariseos; per lictores, & carnifices; vt eum ad culpam aliquam impelleret: semper tamen ipse victor, & ab ea liber euasit. Hunc ergo in modum firmiter tibi credendum est, quidquid molestum in ultimo mortis conflictu, tibi eueniet; siue id à natura miseria, siue à Dæmonis malitia proueniat; calicem esse, quem cœlestis tuus Pater hauriendum offert: à cuius ordinatione & permil-*

I.

i Ioan. 18. 11

k Mat. 26

33.

Calix Dæmonum à Deo permisus.

l Luc. 22.

43.



Dolores sunt
pharmaca
animæ.

fione decretus est in animæ tuæ bonum: nisi tu tibi desis. Nulus siquidem Pater videns coram se filium tentatum, afflictum, ac desolatam, si potest impedire, non impedit; nisi id ita expedire, iudicet. Quod si verè tibi expedit, omnes has tribulationes & afflictiones tolerare: dic carni tuæ illas refugienti: *calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam* satis mihi est, quod ille ita constituerit, vesitque, ad hoc, ut ego lubens illum acceptem. Admittis tunc libenter Syrupos & medicamenta à medico præscripta, licet gustui amara, & ingrata: cum spem habes, futura tibi ad corporis sanitatem vtilia: multò igitur æquiùs est, corde promptissimo, has omnes afflictiones suscipere, tanquam Syrupos, & Pharmaca, à cœlesti, sapientissimo, tibi que additissimo medico in salutem animæ tuæ præscripta. Et quamuis in tua esset potestate, ab eo quod pœnam adfert, te ipsum eripere; & Deum tibi mittere Angelorum legiones, qui te tuerentur: deberes tamen tuam voluntatem diuinæ subijcere, ac resignare; eiusque diuinæ providentiæ te totum committere: & solum optare, ut Angeli veniant ad te confortandum; & à culpis omnibus liberandum: ne in aliquam impingas, aut in tentationibus succumbas.

2.
Purgato-
rium minu-
unt.

NOVIT benè Pater tuus cœlestis, si decedas ex hac vita non satis purgatus, ituram animam tuam ad horrendos purgatorij ignes, ut ibi omninò purgeris: alioquin non patere tibi aditum ad cœlum: ac propterea non quasi crudelis; sed quasi pius Pater, porrigit tibi amarum aded calicem: vultque te transire per ignem dolorum, quos in morte sustines, ut sint tibi purgatorium in hac vita: ex qua benè purificatus exiens, statim, vel certè brevissimè post, in ipsam gloriam ingrediaris. ideoque potius optare deberes, ut hi dolores & tribulationes tantæ essent, ut debito culparum tuarum essent pares: siquidem (ut S. Grego. ait beatius est liberum hinc exire; quam post hæc vincula libertatem quarere.

Lib. 4. Dia-
log. c. 38.

3.
Serm. 34. in
Cant.

Tres in cruce,
ad tria
distineta
inere loca.

CONTICE oculos in tres in monte Caluario cruci affixos: & inuenies (ut perpendit S. Bernardus) hominum afflictiones, & dolores infirmorum, aut initium esse inferni, quales fuerunt nequam latroni, qui impatienter illas tolerabat: & ita ex cruce descendit ad ignem æternum; aut sunt loco Purgatorii, quales fuerunt bono latroni, qui patienter illos ferens, statim post mortem, ingressus est Paradisum; aut vsui sunt ad augenda merita, & coronam, quales fuerunt CHRISTI Domini: qui eas innocenter patiens gloriam corporis, Sanctique sui nominis exaltationem promerebatur: id quod statim post mortem & resurrectionem suam obrinuit. Si igitur iacens in lecto infirmus quasi in cruce, horrendos sustineas dolores: ne aded desipias; ut, propter impatientiam in eis ferendis, ex cruce descendas ad infernum; & ex vno tormento

tran-

tranicas ad aliud, & quidem multo grauius: eò quòd ferre nolueris minus, & hoc est, quod tentator quærit, vt te secum abripiat; & postea irideat, cum videbit in ateenis illis ignibus rabie agitari, eò quòd nolueris breues, & paruas pœnas hic sustinere. melius tibi erit, facere ex necessitate virtutem: & cum fueris peccator, accipere istam crucem, sicut bonus ille latro, vt à tuis peccatis expurgeris. Tantum enim spiritus feruorem in ea toleranda ostendere posses: vt tibi Christus Dominus N. ad cor diceret: *m Hodie mecum eris in paradiso.* consolare, & exulta, ô afflicta anima: nam, cum per sufficiens purgatorium iam transferis, hoc ipso die mecum eris in paradiso. Quod si forte tantus esset cruciatus, vt pœnas excederet pro tuis peccatis debitas: adhuc amplius debes exultare. siquidem tunc es in cruce eo modo, quo tuus Saluator: vt merita tua crescant, & augeantur coronæ. tunc enim dicere tibi licebit cum Apostolo: *n momentanea est & leuis hac tribulatio,* quam sustineo, siquidem propter eam expectat me aeternum quoddam immensa gloriæ pondus.

MEMOR esto, Dominum hunc, eò quod filius Dei esset; & iam in anima beatus: ius habuisse ad gloriâ sui corporis, qui quamuis in momento potuisset igneo curru, sicut Elias, in cœlum ascendere: id tamen non fecisse sed voluisse eam promereri transeundo per horrendum tribulationum ignem. Quia *o oportebat* (inquit) *Christum pati, & ita intrare in gloriâ suam:* si igitur tu desideras in gloriâ intrare: quæ tibi non eo titulo debetur, sed totum eius fundamentum est ipsius Dei gratia: æquum est, te ipsum animare ad patiendum, & moriendum. quia alioquin non poteris conregnare. Dicitque tibi hic Dominus, quod S. Cyprianus refert, dixisse splendidissimum quendam virum, vultu lubirato cuidam Episcopo, qui in simili pressura erat: *pati timeris; & exire non vultis: quid faciam vobis: Quasi dixerit, attendite: non esse aptum aliquod mediũ inter pati & mori: nam viuere & non pati, non expedit vobis, siquidem p omnes, qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem aliquam pro eius amore patientur. Quamobrem aut pati, aut mori vos oportet. Melius est autem in Patris vestri cœlestis prouidentiam vos proijcere: vt ille & tempus & modum patiendi, ac moriendi designet: vos verò accepteris quod ab eius manu euenit, tanquam id, quod magis vobis expedit.*

DENIQUE magnæ prudentiæ ac dexteritatis erit, in hoc afflictionum tempore, dolorẽ & tristitiã ad id accommodare, q nostri dani leuamen, & remediũ esse possit. Quod S. Chrysostr. duplici similitudine pulchrè declarat. Nam in dolorib⁹ corporis, q grauior est, efficit, vt nõ sentiatur minor: sicut grauẽ q dolorẽ ex paronychia siue rediuiã sentiebat; cũ vehementi aliquo stomachi dolore vexatur, illum alterum non sentit. Hunc in modum,

m Luc. 23.
43.

n 1. Cor. 4.
17.

4.

o Luc. 24.
26.

Lib. de mortalitate nu.
7. Possidius in vita S. August. c. 27 p. 2. Tim. 3. 12.

Pati oportet aut mori.

5.

Homil. 5. ad popul.

Dolor dolore pellendus.

q Matt. 10. 28.

Tristitia solius peccati medicina.

r Job. 1. 21.

a Psal. 6. 7.

21.

b Eccl. 11.

14.

Voluntas

Dei optanda.

De mortal.

12.

quādo te premet dolor detrimenti corporalis; eò quòd desit tibi salus, aut fortunæ bona, aut quid simile: procura vehementem aliquem dolorem de tuis peccatis, ob spirituale damnum quod ex eis oritur; & ob timorem horribilium suppliciorū, quæ promeritus es: & hoc dolore alterū mitigabis, eiusq; detrimentum parui facies. Et propterea Christus D. N. dixit amicis suis; *q nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam aut non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennā.* Si enim hic timor verè occupauerit spiritum, omnes absorbebit timores rerū multò minorum. Præterea quemadmodum corporis medicamēta infirmis partibus sunt applicanda, in quarum remediū præscribuntur; alioquin vtilia nō erunt, sed potius noxia: vt collyrium destinatum ad oculos curandos, illis est applicandū; non stomacho, cui parūm proderit: quia non est aptum ipsi medicamentum: ita *tristitia* propriè non est medicamentum ad infirmitatem, aut mortem, aut rerum temporalium iacturam curandam: nam quantumuis propter huiusmodi tristeris, non consequeris earum remediū: quia illa propriè est *peccatorum, & malorum*, quæ ex eis proueniunt, medicamentum: & per eam curantur & reparantur. Stude itaque eam animæ damnis applicare: & sic repelles eam, quæ te nimium vexat ob damna corporis, sicut clauus clauo pellitur: quare tunc aptè dices, quod S. Job: *t nudus egressus sum, de utero matris meæ, & nudus reuertor illuc, sicut Domino placet, ita fit sit nomen Domini in æternum benedictum.*

§. 2. *Contra tentationes, quæ oriuntur ex timore ipsius mortis.*

EX his, quæ modò diximus, licet accipere *primum* remediū aduersus *secundum* genus tentationū, quæ ex nimio mortis timore oriuntur. Dando scilicet omnem operam, vt nostram voluntatem diuinæ omninò subijciamus, ipsamque mortem propterea acceptemns, quòd ipse ita velit; suaque prouidentia tali tempore, & occasione ita constituerit. nam (vt ait Dauid) *a Domini Domini exitus mortis*. qui liberare potest à morte, quem volet; & permittere in ea occumbere. Et Ecclesiasticus dixit: *b vitam & mortem à D E O esse.* Cùm igitur vitam ipse aliquot annorum iam dederit: nullam facit iniuriam, si nunc auferat. Neque causam habes conquerendi, quod auferat: sed gratias potius agendi, quod per tempus aliquod eam tibi conseruauerit; eique reddendi, quod ipsius est, cùm id perit: quia ita illi placet. Meminisse debemus (ait Sanctus Cyprianus) voluntatem nos non nostram, sed Dei facere debere, secundum quod, nos Dominus quod ite iussit orare. quam præposterum est, quamque peruersum: vt cùm Dei voluntatem fieri postulemus: quando euocat, & accersit nos D E V S, non statim voluntatis eius imperio pareamus

mus

mus. Obnitimur & reluctamur; & peruiaciam more feruorū ad conspectum Domini cum tristitia & mœrore perducimur. Exeuntes isthinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis; & volumus ab eo præmijs cœlestibus honorari, ad quem venimus inuiti. Non hoc est quod ipse nobis commendauit cum dixit: *c vt similes essemus seruis expectantibus Dominum suū quando ueruerit: ut cum uenerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.* Tunc (ait Sanctus Gregorius) Dominus uenit: quando accedit, ut iudicet; uocat quando infirmitatum pulsū nos admonet, mortem esse propè: aperimus autem illi confestim, si eam libenter acceptamus: nec refugimus de corpore exire, quando ipse uult, ut exeamus. Et quamuis tremor hic, timor que sit naturalis, & hoc nomine non sit malus: decet tamen eum moderari: quemadmodum Christus D. N. eum fuit moderatus, cum dixit: *d Pater: si uis transfer calicem hunc à me, ne bibam illum: ueruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat.*

Hv c accedit: quod hæc Dei uoluntas, sit iusta quænam sententia, in omnes posteros Adami lata ob eius originale peccatum: per quod, ait Apostolus: *c mortem intrasse in hunc mundum;* qui igitur culpam contraxisti, rationi consentaneum est, ut decretam sententiam amplectaris, quando iustissimus Iudex eam uult exequi. Maxime, cum ipse idem Iudex Iesus Christus D. N. ad quem ea sententia non spectabat, eò quod nullius culpæ fuerit reus: uoluerit tamen eam subire; & quemadmodum ceteri homines, mori: acceptans ipsam mortem in flore suæ ætatis: quam eandem legem uoluit etiam sacratissimam suam matrem comprehendere, etiam si fuisset ab omni culpa præseruata. Multò igitur æquius est, te eidem legi subesse.

PLVRIMVM etiam refert, ut facias ex necessitate uirtutem, ad placandam Iudicis indignationem; qui uidens te statim monitum & citatum comparere; eiusdemque sententiæ humiliter parère, quam tulit in *corpus* tuum: erit in sententia benignior, quam in tuam *animam* est laturus. Cum igitur hic exitus sit omninò necessarius: si uoluntatem promptam addideris, minus erit molestus, & mirum in modum utilis: quia offeres Deo magna uoluntatis promptitudine rem maximè pretiosam, quam habes, ipsam scilicet *uitam*. Et qui tenebaris, eam offerre (si eam ille peteret) per Martyrium, in testimonium *fidei* & religionis Christianæ, quemadmodum eam Martyres obtulerunt: offer nunc eam petenti, in testimonium *obedientiæ*; quam tanquam Christianus profiteris: quia hoc modo omnes SS. Confessores uitam suam ei obtulerunt. Cum omnibus enim loquitur illa Saluatoris sententia: *f si quis uenit ad me, & non odit animam suam, non potest meus esse discipulus:* ut scilicet, qui illum sequuntur, ita sint expediti, ut uitam suam illi offerant, quandoque illam ipse petierit, sine replica, aut excusatione, quasi sit ad aliud quidpiam necessaria.

”
”
”
”
c Luc. 12. 26

”
”
Homil. 13. in
Euang.

Timor sit
moderatus.
d Luc. 22.
42.

2.
c Rom. 5. 12

Morti o-
mnes obno-
xij sumus.

3.

Deo debetur
uita nostra.

f Luc. 14. 22.

4.
*Posidius in
 vita S. Aug.
 c. 27.
 Si aliquādo
 quidni nūc.*

5.

*Qui non est
 hodie cras
 minus aptus
 erit.*

6.

*Lib. de disci.
 Christia. ve.
 de domo dis.
 ciplinæ c. 2.
 tom 9.*

*Lib. de bono
 mortis c. 4.
 g Sap. 13.
 16.*

*S. Amb. sup.
 5. 7.
 Mori satius
 quā vivere.*

Idem c. 2

*Lib. de inte.
 riori domo
 c. 35.*

7.

TALIS ERAT feruens ille Episcopus, quem in mortis articulo constitutum visitans S. Augustinus, cum diceret, eius vitam ad Ecclesiam bonum esse necessarium, is statim respondit; ostendens, quam parum detineretur amore vitæ: *si nunquam, bene; si aliquando, cur non modo?* si Deus ita nunc vult, quid opus est cum exiguae resignationis significatione petere dilationem in aliud tempus, quod tibi videtur commodius; praestat mori, quando Deus vult quam cum tu optas. **M**ILIVS ENIM DEVS nouit tempus, in quo tibi expediat mori, ut saluus fias. quod si existimas te alio tempore melius fore preparatum: DEVS forte nouit, id non ita futurum. Cum igitur facile sit, tuam cogitationem errare, DEVS verò errare non possit: securius multò est, iudicium tuum eius iudicio accommodare: & mortem, quo tempore ille eam miserit, acceptare.

AD QUID (ait S. Augustinus) tantopere horres mortem: cum siue timeas, siue non, illa tamen sit ventura, siue citò: si times: non efficies timore tuo, ne illa non veniat. melius itaque est id timere, quod si timeas, non eueniet. Quod autem illud est? *peccatum*. Peccatum time: quod maximè tua interest, ut mors tua sit bona: quæ si bona fuerit, non est cur eam timeas: sed cur potiùs desideres, ob ingentia bona, quæ uelient tibi cum illa. quod enim maius bonum tibi in hac vita esse potest, quam peccato finem imponere? Frustrà (ait S. Ambrosius) homines timeant mortem, quasi esset naturæ finis, & iactura. si enim meminerimus sententiæ Sapientis, *quoniam Deus mortem non fecit: impii autem manibus & uerbis accerserunt illam*: inueniemus (inquit) mortem finem esse peccati. Nam quò diutiùs vita producitur; eò magis culpa multiplicatur; & per mortem peccatoris, profluens multorum peccatorum prohibetur, ne in inferno supplicia sint grauiora, & *grauius est ad peccatum vivere, quàm in peccato mori*. ex primo enim semper augetur peccata: ex secundo cessant. si autem iusti moriantur, etiam morte sua finem imponunt leuioribus culpis; cessatque timor, & periculum in grauiores decidendi. Cur ergo (ait idem Sanctus Doctor) adeò desideramus vitam, in qua, quò quis diutiùs uiuit, eò maius peccatorum pondus sibi imponit? est autè culpa horrendum adeò malum: ut cuius calamitati expediat quem que se offerre, ut culpam euadat. Ex quo solennis illa & memorabilis processit sententia S. Bernardi dicentis: *uiuere erubesco, quia parum proficio; mori timo, quoniam non sum paratus: malo tamen mori, & misericordiam Dei me committere, & commendare: quia benignus & misericors est, quàm de mala mea conuersatione scandalum facere.*

Huc accedit, quòd mors iustis sit finis reliquarum miseriarum, quas in hoc mundo sustinet: siquidem illa finem imponit tentationibus, infirmitatibus, doloribus, tædijs, calumnijs, inuidijs, & hominum persecutionibus: quæ omnia, mille animæ periculis sunt obnoxia. Ex quo prouenit, ut

(quem-

(quemadmodum ait S. Augustinus) ex quo quis incipit viuere, incipiat etiã mori: ideoque ipsa vita, est mors quãdam producta, vel protracta: cuius molestia cũ ipsa morte finitur: cuius timor, si magnus sit, est ipsamet morte grauior. Et (quemadmodum S. Ambrosius ait) *quibus grauis est timor mortis, non est graue mori: sed graue est viuere sub metu mortis.* qui metus, morte ueniente, cessat. Hoc igitur ipsum permouere nos debet ad moderandum & reprimendum ad eò molestum metum, qui vitam ipsam reddat, quasi continuam quandam mortem: siquidem ubi non est timor, sed desiderium: dulce est mori, quia sic illud impletur.

Quomodo autem iusti mortem non habeant in desiderio, qui credunt, & sperant præmia, quæ post eam consequuntur? hoc elegantissimè declarauit S. Cyprianus his uerbis, quibus multas insinuat rationes dulces ac efficaces. Cùm Christum uidere gaudere sit: nec possit esse gaudium nostrum, nisi cùm uiderimus Christũ. quæ cæcitas animi, quæ uè dementia est, amare pressuras, & pœnas, & lacrymas mûdi: & non festinare potiùs ad gaudiũ, q̃ nunquã possit auferri hoc aut sit: quia fides deest; quia nemo credit uiuacitate fidei, qua par est, uera esse, quæ promittit Deus, qui uerax est, quẽadmodũ credebatur Apost. qui dicebat: *michi viuere Christus est, & mori lucrũ.* Lucrũ maximũ cõputãs, sæculi laqueis nõ teneri, nullisq; peccatis, & uitijs carnis, obnoxii fieri: exemptũ pressuris argentibus, & uenenatis diaboli faucibus liberatũ, ad lætitiã salutis æternæ, Christo uocãte, proficisci: *mori* planè timeat, sed qui ex aqua & spiritu nõ renatus, gehênæ ignibus m̃cipatur: *mori* timeat, qui nõ Christi cruce, & passione cõsetur esse red' ptus: *mori* timeat, qui ad secundã mortẽ de hac prima morte trãsbibit: *mori* timeat, quẽ de sæculo recedentẽ per ænibus pœnis æterna flãma torquebit; *mori* timeat, cui hoc mora lōgiore cõfertur, ut cruciatus eius & gemitus interim differatur. Nã qualẽ te inuenit Dominus, cũ uocat: talẽ pariter, & iudicat. Si quotidie oramus, & petimus, ut adueniat regnũ cęlorũ: quomodo terrena captiuitas delectat? quid precib' frequẽter iteratis rogam', ut acceleret dies regni, si maiora desideria & uota potiora sint, seruire istic diabolo, quã regnare cũ Christo? si in Christũ credimus, fidẽ uerbis & promissis eius habeam': nã q̃ morimur, ad immortalitãtẽ morte trãsgredimur: nec potest uita æterna succedere, nisi hinc cõtigerit exire. Eius est in mũdo diu uelle manere, quẽ mũd' oblectat, quẽ sæculũ blandiẽs ac decipiẽs, illecebris terrenæ uoluptatis inuitat. Porro cũ mũdus oderit Christianũ, quid amas eũ, qui te odit & non magis sequeris Christum qui te & redemit, & diligit? qui igitur renũciauimus mũdo, & tanquã hospites & peregrini istic interim degimus: amplectamur diẽ, qui assignat singulos domicilio suo; qui nos istinc ereptos, & laqueis sæcularibus exutos, paradiso restituit, & regno cęlesti. quis nõ peregrẽ cõ-

stitit-

Li. 13. de Ci-
uit. Di. 10

Supra. s. 8.

Mors finis
miseriarum.

Lib. de Mor-
talit. n. 2.

cc

cc

Omne malũ
ex defectu
fidei.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

stentus properaret in Patriam regredi? quis non ad suos nauigare festinans, ventum prosperum cupidius optaret, vt velociter charos liceret amplecti, patriam nostram paradysum computamus; parentes Patriarchas habere iam cœpimus: magnus illic nos carorum numerus expectat, Apostolorum gloriosus chorus, Prophetarum exultantium numerus, Martyrum innumerabilis populus, triumphantes illic Virgines, & copiosa turba desiderat: iam de sua immortalitate secura; & adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum, & complexum venire, quanta & illis, & nobis in commune lætitia est? qualis illic cœlestium regnorum voluptas, sine timore moriendi; & cum æternitate viuendi? quàm summa & perpetua felicitas? Hæc in summa S. Cyprianus, quæ etiam fusè confirmat S. Ambrosius, quod etiam est ex mente Apostoli dicentis: *h cupio dissolui, & esse cū Christo, quia id mihi multo melius.* Verum est quidem, feruentia huiusmodi desideria dona esse Dei non omnibus, sed valdè perfectis concessa. Nam quosdam Deus per viam timoris deducit, non exultimantes, se esse securos; nec in supremi Iudicis oculis satis mundos. Et multi sancti horam illam timebant; alij cum tremore quodam expectabant. quemadmodum S. Bernardus aiebat: sp̄sum propè quidem esse sponsæ, quæ vno tantum corporis pariete ab illo diuiditur; & propterea cupit dissolui; & rupto medio pariete, cum illo esse, quem post parietem statim esse confidit. Ego, autem, inquit, quoniam peccator sum, dissolui non cupio, sed reformido: sciens quia *mors peccatorum pessima.* reformido exire, & in ipso contremisco portus ingressu: dum non confido, propè assistere, qui excipiat exeuntem: nam post corporis peccatorum parietem, est paries *peccati, qui diuisionem facit inter Deum & illos.*

§. 3. *Contra tentationes, quæ oriuntur ex nimio timore damnationis.*

Duplex iustorum tentatio.

EX utraque prædicta iustorum dispositione, occasionem arripit Dæmon, ad eos in illo certamine oppugnandos. Nam *laxos* & confidentes, morique cupientes impellit, ad virtutis limitem transgrediendum per vanitatem, propriam fiduciam, secretam superbiam & arrogantiam: quos verò *tristes* videt, ac de suo periculo metuentes, ad alterum impellit extremum, nimie scilicet tristitiæ, & pusillanimitatis, magnæque de diuina misericordia diffidentia. Quamobrè magna attentione opus est, ad ita sequendum spiritum bonum, vt ad neutrum declinetur extremum. Sed quemadmodum magis communis, & quasi naturalis est timor in illa hora: ita maior est hostis aggressio, vt in hoc trahat extremum: Contra quod in primo Tractatu multæ rationes sunt allatæ, ad extimulandos pusillanimes, & falsas eorum apprehensiones, in quibus omnes ipsorum diffidentia fundantur, dissoluendas. Ex quibus omnibus referemus hic sex, tanquam indicia

certul-

Lib de bono
morsis c. 8.
h Phil. i. 23.
2. Cor. 5. 2.

Etiam Sancti mortem
timent.
Serm. 56. in
Cant.

i Psa. 33. 2.

k Isai. 59. 2.

c. 3. 4. & 18.

certissima; quæ ostendant, Deum D. N. paratum esse, ad recipiendam in illa hora nostram pœnitentiam, suamque gratiam nobis communicandam, & nos ad æternam suam gloriam admitteudos,

PRIMA ratio est infallibilis Dei *promissio*: qua sine vlla temporis limitatione dixit: *a in quocunque die conuersus fuerit impius ab impietate sua, impietas non nocebit ei, b sed vita viuet; & non morietur*: Cùm igitur Dei promissa non sint inania, sed solida & firma: signû est euidentis, ipsi velle dare, quæ promittit, modò apposita cõditio adsit. Quod aut cõditio adsit, est indicium, *secundû*, ipsius Dei *vocatio*, homines in ea hora vocatis, & inuitantis, vt vt ad ipsû conuertantur, seq; offerat suo creatori. Non enim amatissimo huic Patrifamilias satis est *c operarios vocare primo mane*, nec in meridie, aut vesperi, sed etiã *undecima & vltima diei hora*, quæ scilicet morti est proxima & quandocunque vocat, auxilia offert sufficientia, vt ipsius vocationi pareatur.

TERTIA ratio est desumpta ex præcepto leuerilissimo, quo iubet nullum, quamdiu viuit, *desperare*, aut diffidere de venia; aut misericordia diuina.quare etiam in illa vltima hora illud transgredi, grauiissimum esset scelus: Ideoque certissimum voluntatis Dei indicium est, vt etiam tunc veniam peccatorum, & æternam vitam speres. Cùm igitur nullus speret, quod est impossibile: certum est, ipsum desiderare dare tibi, quod te iubet sperare; mediaque daturum ad id obtinendum,

Ex quo fit, vt in illa hora obligette præceptum *Confessionis* peccatorum: etiam si plurima & grauiissima fuerint. nec minus efficax esse Sacramentum, ad ea tunc remittenda, quàm in toto tempore præcedenti. quodd si tunc dubium occurreret, an dolor sit verus, & propositum firmum, eò quodd potius videantur peccata te, quàm tu illa deferere. Hæc quidem optima ratio est, vt tempestiue tu deferas peccata, & remedia applices contra illa non verò, vt tunc diffidas, si eò vsq; fuisses negligentior. Nam etiam bonus latro in hora mortis furta deseruit, & eorû remissionẽ obtinuit. Cui cû Christus D. N. sue passionis fructû eo tẽpore applicauit: magno id fecit cõsilio. vt nullus scilicet peccator, in tali periculo diffideret, se veniã obtenturum: si vel tunc peccata sua confiteatur, & ignosci sibi petat, quemadmodum bonus ille latro fecit.

Hoc idem multò adhuc ampliùs confirmatur ex alio præcepto, quod etiam tunc obligat, *communicandi* scilicet. siue sumendi Viaticum, vt dicitur, pro vltimæ diei itinere. Sanctissimum enim Eucharistiæ Sacramentum est pignus æternæ vitæ, signumque certissimum, quodd *DEVS*, quantum in se est, velit illam tibi dare, si quidem iubet, pignus eius accipere,

OBSIGNAT hæc omnia denique indicia, quod Christus D. N. speciale Sacramentum instituerit, ad spiritualem gratiam infirmis comunicandã, eosque disponendos ad bonam mortem, quæ sit transitus ad gloriam: cuius Sacramenti ad hæc efficacia in proximo capite indicabitur.

1.
a Ezech. 33. 12
b c. 18. 21.
Deus promissus.

2.
Vocat.
c. Matth. 20. 15.

3.
Vt at desperationem.

4.
Præcipit confessionem.

5.
Et S. Communionem.

6.
Et Extremam institutionem Vnctio.

CAPVT VII.

DE EXTREMAE VNCTIONIS SACRAMENTO,
eius effectibus, & ad bonam mortem
auxilijs.



DMIRANDA fuit Christi D. N. prouidentia erga iustos infirmos, & in periculo mortis, a tentationibus in proximo capite dictis, oppugnatos. Quemadmodum enim Sacramentum confirmationis instituit, ad Communicandam fidelibus gratiam, & speciale auxilium, vt in fidei confessione firmi & constantes esse possent, & Tyrannis resistere, qui, adhibitis tormentis, eos contenderent ab ea confessione retrahere: ita instituire voluit *Extrema Vnctionis* Sacramentum, vt in firmis morti proximis specialem gratiam, & auxilium conferret; quod firmi & constantes in Fide & Charitate permanerent; & horrendis tentationibus, & oppugnationibus resisterent, quas ex doloribus, & infirmitate; & metu temporalium rerum, quas amittunt, & aeternorum, quae sunt illis euentura, paterentur. Cùm enim corporis vires sint debilitatae; spiritus verò aliquo modo obfuscatæ, (quia (vt S. Augustinus ait) *illuc rapitur tota intentio mentis, vbi est vis doloris*) constituit Saluator noster, vt supplerentur & confortarentur à viribus supernaturalibus gratiæ, & auxilijs sanctarum inspirationum, quae per hoc Sacramentum tribuuntur. Quare non fuit hoc Sacramentum pro sanis institutum, etiamsi in mortis periculo versentur: quales sunt; qui per Iudicis sententiam vltimo afficiuntur supplicio. Huiusmodi enim munire se possunt Sacramentis confessionis & communionis: pollentque iudicio, & integris naturæ viribus, quibus cùm diuinæ gratiæ virtute possunt suis hostibus in huiusmodi conflictu strenuè resistere. Ac propterea etiam, cùm periculosa infirmitates sæpius euenire possint, ipsaque extrema vnctio aliquas reparat: (vt paulò inferiùs dicemus) toties hoc Sacramentum repeti potest: quoties infirmitas, mortisque periculum redire continget. nam & necessitates, & tentationes redeunt, ad quarum subsidium hoc Sacramentum ordinatur. In vna tamen eademque infirmitate & periculo non licet repetere, quia ita Christus constituit, vt eius gratiæ, & auxiliij, quod toto periculi tempore illa confert, efficacitas intelligatur.

Serm. 48. ad
Tract. in
Heremo.

Sacramen-
tum infir-
morum.

Repeti potest
in alio mor-
bo.

S. 1. Septem Extremæ Vnctionis effectus.

CVM Sacramenta varios proprios effectus habere soleant: hoc multos habet, ac præclaros, qui per varias vnctiones, in diuersis corporis partibus, sacro oleo factas significantur: quibus petitur à Deo, dimitti peccata infirmo, quæ in eis partibus admisit: iuxta illud S. Iacobi Apostoli: *a infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesie. & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei:* in quibus verbis (quemadmodum Concilium Tridentinum explicat) duo genera effectuum insinuauit Apostolus: quosdam in ordine ad corporis infirmitatem, quosdã verò magis præcipuos in ordine ad animam: proprium enim est huius Sacramenti (vt loquitur Conciliũ) *sanitatẽ corporis adferre, ubi saluti animæ expedierit, & ob alios maioris gloriæ Dei fines.* Et hoc significant illa verba: *oratio fidei saluabit infirmum,* communicãdo præcipuè gratiam, quæ animam sanat, ac sanctificat, corpori verò sanitatẽ impertit, & à periculo eripit, in quo versatur. Ait verò id præstare *orationem fidei:* nam oratio, vt obtineat, quod petit, debet esse coniuncta fidei, & fiducia de promissione diuina, & misericordia eius, qui eam promisit: cui (vt ait S. Thomas) præcipuè innititur impetratio orationis. Et hanc Christus D.N. ab infirmis exigebat, cùm volebat eis impertire sanitatem: licet interdum eam impertiretur, attendens ad *b fidem eorum* qui pro infirmis intercedebant. Et idem facit in oratione, quæ fit in hoc Sacramento: quæ præcipuè innititur fidei Ecclesiæ, cuius nomine Sacerdos orat, cùm ungit. Plurimum tamen iuuat fides ipsius infirmi: quæ quò fuerit maior, eò ille magis aptus est, ac dispositus ad beneficium recipiendum, quod per eam intendit.

SED quoniam nõ semper expedit, corporis salutem obtinere: efficit hoc Sacramentum alium effectum, magnum scilicet subsidium & fortitudinem ad infirmitatis molestias, cum patientia, & spiritali lætitia sustinendas. vt licet corpus ipsum sanitatem nõ obtineat: *infirmus* tamen ex hoc Sacramento *subleuatus, morbi incõmoda ac labores lenius ferat, & spiritu proficiat.* Quam ob rem non expedit, Sacramentum hoc eò vsq; differre, cùm infirmus in vltimo iam mortis agone versatur, nec potest duobus his effectibus frui. Nam, etsi expectandum sit verum, & probabile mortis periculum, quo scilicet & animæ pericula; & corporis angustia crescere solent: præstat tamen tunc non diu differre hoc Sacramentum: vt eius gratia confortet, adiuuetque ad illas molestias & labores vtiliter ferendos.

SED multo præstantiores sunt duo alij eiusdem Sacramenti effectus, ad ipsam animam spectantes. alter est, quòd delicta, eorumque reliquias abstergat: quæ scilicet post confessionem & sacram communionem supersunt quemadmodum verba illa Apostoli indicant: *si in peccatis sit, remittentur ei.*

1.
Sanitas.
a Iaco. 5. 14.
Duplex effectus S.
Vnctionis.
Sess. 14. de
Extremæ Vn
ctionis. c. 2.
& Concil.
Florent. vi.
de Sacram.
Tom. 4. disp
41. sectio. 3.
Magus 4. d.
3. S. Thom.
Bonaue. ibi.
Theologi
cõmunicer.
c. p. q. 83. a 3
b Matt. 9. 2

Oratio fidei

2.
Patientia

Non differendum.

3.
Vide Suarez
supra.

& idem significat forma, quæ in ipsis vnctionibus adhibetur: dicitur enim per hanc sanctam vnctionem, & suam piissimam misericordiam ignoscat tibi Dominus, quicquid deliquisti per visum, auditum, &c. In quo effectu tria includuntur, quæ possunt remitti. Nam, si infirmus post vltimam confessionem incidisset in aliquod *lethale* peccatum, quod non possit confiteri: aut quia eius non meminit; aut, quia loqui non potest; aut, ob aliam causam inculpabile, si is magnum dolorem concipiat de suis peccatis: aut, antequam rationis vsu priuaretur, eum conceperat: etiam si ad perfectam contritionem non peruenerit; iustificabitur, suscepta extrema vnctione: quia in tali casu vere hoc Sacramentum confert gratiam. Ex quo apparet, quantum referat hoc Sacramentum omnibus infirmis dari, siquidem euenire possit, vt eo suscepto, sit saluus, non suscepto verò damnetur.

PRÆTEREA remittit omnia peccata *venialia*, quibus cor non ita adhæret, vt propositum habeat in eis perseverandi. nam formæ Sacramentorum faciunt, quod significat in sumēte. Cùm igitur huius Sacramenti forma petat, vt Deus infirmo ignoscat quicquid peccauit per quinque sensus, totam scilicet multitudinem peccatorum, quæ ordinariè per eos ingreditur: signum est, nullum prætermittere quod non ignoscat: cùm non adest obex remissionem impediens. Sed non sine mysterio & causa voluit Christus D.N. quinque aut septies repeti vnctionem, & orationem, in qua peccatorum remissio petitur. forte. n. exstimulari voluit fidem, quod magnus Deus noster distinctam & particularem habeat omnium horum peccatorum notitiã: & quod necessariũ sit orare, & veniam omnium petere. nec simus contenti, id in genere facere; sed repetamus septies, imò septuages septies orationis & contritionis actus, de culpis, quas per singulos sensus admisimus, & prauis operibus manuum, gressibusq; pedũ, & affectibus, & concupiscentijs carnis deprauiatis. Quod enim maiori feruore hæc petit infirmus: eò recipiet maiorem gratiam, & remissio erit plenior: quia dispositio, qua Sacramentum sic suscipitur, est plenior.

IDEM Sacramentum *reliquias*, hoc est pœnas, remissis peccatis debitas, abstergit: quamuis non semper omnes; sed plus minusve iuxta suscipientis dispositionem: quæ ad eò feruens & magna esse potest, vt cum hoc Sacramento ita animam purificet; vt ex corpore exiens, rectã volet in cœlum, nec transeat per ignem purgatorium.

SED plurimum eminet Sacramenti huius gratia in auxilijs, & subsidijs internis, quæ tribuit, ad animam in tentationibus, & molestijs corroborandam, ne in culpas nouas incidat: sed perseveret, etiam cum nouis meritis; donec integram victoriam, omniumque laborum suorum præmium consequatur. quemadmodum pulchre declarauit Concilium Tridentinum his

verbis

Peccata
mortalia re-
mittit.

Vtilitas S.
Vnctionis.

4
Venialia.

Peccata sin-
gula dete-
standa.

5.
Trid.
Reliquias
pœna.

6.
à Futuris
preseruat.

CAPVT VIII.

IN QVO CONSISTAT BONAE MORTIS
præstantia: & quoniam ex iustis pretiosorem sor-
tiantur.10. Bona
mortis ex-
cellentia.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

S. Greg. 4.
Dialog. 6. 1.b Ioan. 14. 3.
c Rom. 14. 13

d Cant. 8. 5.

IVRE optimo Regius Propheta dixit: a pretiosam esse in conspectu Domini mortem Sanctorum eius; qua decem summi precij excellentias consequitur. Nam in ea omnia in vniuersum peccata magna, paruaq; finiuntur, & simul pericula recidendi. *Cessit* deinde carnis rebellio, pugna passionum, deprauata mundanorū societas, damnaque omnia; quæ ex his hostibus proueniunt. *Triumphant* de dæmonibus, eorumque tentationibus: nam vltima hæc victoria victos eos relinquit, & frustratos. *Manent* verò ipsi confirmati in gratia, in sanctitate, cæterisque virtutibus, absq; vilo timore eas amittendi, aut suum remittendi feruorem. *Obtinent* insigne perseverantiae donū: quod est prædestinatorum proprium: quibus corona promittitur. *Causa* ipsorum & lis, quæ toto vitæ decursu pendebat, de iure primogenio cœlesti, scilicet in fauorem ipsorum concluditur; & in despectum aduersariorū, vltimā accipiunt pro se sententiam, qua æternū liberantur à pœnis inferni. Et nisi purgandum aliquid in eis supersit, rectā ascendunt eorum animæ ad æterni regni possessionem capiendam: in quodam statu aded scilicet, vt expediti sint ab omnibus malis, quæ timeri, fruuntur verò cum summo gaudio omnibus bonis, quæ desiderari possent. *Et* quamuis corpus maneat in terris tamen fit cum spe certissima, quod suo tempore resurget, vt simul cum anima eadem gloriā fruatur. *Quid* verò dicam de lætitia, qua Angeli afficiuntur, & reliqui beatorum spiritus ex hac morte? si enim tantum est illis gaudium ex conuersione peccatoris: quomodo non gaudebunt, cum videbunt salutem, & in loco iam tuto positum? exeunt cum magna lætitia ei obuiam; & aliquando multi eorum morti tali assistunt: vt eum honorent, & ad gloriam comitentur. *Denique* ipsemet Dominus Angelorum obuiam exit; vt & eos honoret, qui ipsum honorarūt; & hospitio in cælo excipiat eos, qui ipsum in cordis sui hospitio exceperunt. Nam si obuiam iuit filio prodigo expansis vlnis; exhibuitque illi solenne conuiuium cum Musica instrumentorum ac vocum suauissima: quomodo non ibit obuiam dilecto, & obediēti filio? quomodo non veniet ad illum, vt hunc ei honorem faciat; suumque impleat verbum, quod dixit: *Iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, vt vobis sum ego, & vos sitis, cō beati mortui, qui in Domino moriuntur; in eius scilicet vlnis, & dicitur: *Super dilectum suum ascendunt de hoc deserto, delictis affluentes: vt suorum laborum præmio in æterna requie fruuntur.**

§. 1. In quo bona & mala mors consistant.

NON sine causa, cum dixit Dauid: *mortem iustorum esse preciosam*, adiecit: *in conspectu Domini*. quia solus ipse hanc præstantiam agnoscit. quæ, ut plurimum absconditæ est ab oculis hominum, eò quòd in externa specie valde similis sit mors impiorum & bonorum, nam (vt ait Salomon) *moriur doctus. similiter, vt indoctus.*

Ad cuius declarationem præmittendum est: (quod ait S. Ambrosius) *tria esse mortis genera: quædam enim est bona, alia mala, alia indifferens.* Mors *mala*, est lethale peccatum: per illud enim amittit anima vitam gratiæ & charitatis. Et de hac dixit Deus per Ezechielem: *f anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Mors *bona* est, ipsa iustificatio, qua peccator moritur peccato, vt viuat Deo. de qua dixit Apostolus: *quod g conssepulti simus cum Christo per Baptismum: addit tamen: in mortem*, vt bonam scilicet fortiamur. Ad eandem verò pertinet etiã illa, quam *mortificationem* appellamus: per quam expirant vitia, vt virtutes reuiuiscant. Mors *indifferens* est, ipsa naturalis, qua anima separatur à corpore: & hæc bonæ aut malæ compellationem accipit ex duabus alijs, quibus coniungitur. Quare mors naturalis censetur mala & horrenda: quãdo coniungitur animæ, culpâ lethali mortuæ. de qua Dauid: *h mors peccatorũ pessima*: nam eius finis est alia mors, quã S. Ioan. i *mortem secundã* appellat: est aut mors æterna. At ipsa naturalis mors bona est, & amabilis, quãdo cõiungitur animæ peccato mortuo, & gratiã Dei iustificatæ, de qua idem Dauid dixit: *quod k esset preciosa*, quia eius finis est vita æterna.

Ex quo fit, vt (quemadmodum S. Agustin. perpendit) omnes homines tam boni, quã mali bonam mortem desiderent, & pro ea obtinenda Deum orent. quorũ modus loquedi, & usurpata phrasis est, ita mihi Deus det bonam mortem; aut ita Deus auerrat à me malã mortem. At peccatores peruersi plus amant mortem, quã vitam: quia amare est bene uelle; & bonam mortem habere volunt, vitam autem bonam habere non curant; mori malè timent, & malè viuere non timent: & in hoc pereunt. Cuius remedium est, vt corrigant malè viuere, & timeant malè mori. Noli, inquit, timere: non potest malè mori, qui benè vixit: fieri benè potest, vt iustus naufragio pereat, aut gladio percutiatur, aut à bestijs lanietur: & nihilominus verum est: non malè mori, qui benè vixerit: nam hæc mors, quæ videtur mala in oculis hominum, preciosa est in conspectu Dei. quemadmodum fuit mors Martyrum, quamuis horrendis cruciatibus & tormentis extincti sint. Id itaque age, vt bonam vitam habeas: & quæcunque occasio fuerit, vt ex eas de hoc corpore, mors erit bona. Exis enim ad requiem, exis ad beatitudinem & vitam æternam, quæ nõ habet timorem nec finem. si tibi bona videtur *l mors diuitis in purpura & bysso*: respice eius finem, & videbis mortem

fuisse

c. Ecd. 2. 16.

Lib. de bon
Mor. c. 1.Ezech. 18.
20.g Rom. 6. 0.
Triplex
mors.

h Psal. 33. 22.

i Apoc. 20.

14.

k Psal. 115. 15.

I.

Lib. de dis-
cipl. Chri-
stian. vel de
domo disci-
plin. c. 12.

c c

c c

Qualis vita
fuit ita.

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

,, fuisse malam. quia peruenit ad tormenta, & sitim horrendam: qua ita pre-
 ,, mebatur, vt vel *aquę guttam interflamas* desideraret. Quasi mala videbitur
 ,, tibi mors iacentis pauperis ante ianuam diuitis, inter linguas canum, in fame &
 Respice fi-
 rem.
 ,, siti, micæ de mensa desiderantis: sed sine eius respice. fidei oculum in eum in-
 ,, tende: contigit mori inopem illum, & *deserri ab Angelis in sinu Abrabę* quid
 ,, proderat diuiti sepulchrum marmoreum sitienti apud inferos? quid obe-
 ,, rant pauperi panni & vlcera requiescenti in sinu Abrabę? Modo elige mor-
 ,, tem, quam volueris. dic mihi, quis bene mortuus est, & quis male? puto quia
 ,, melius ille pauper, quam ille Diues. *disces ergo bene mori, si didiceris bene vi-
 uere.* Hęc S. Augustin. qui in alio loco idem affirmat, dicens quod opera se-
 quuntur animam, quando exit ex hac vita: & quando fuerunt illa mala, mor-
 tem eius reddunt malam, quæ illa contremescit, & quærit ea effugere, indu-
 ciasque petere. tunc, quasi loquentia simul opera eius, dicent: tu nos egisti:
 opera tua sumus, non te deseremus: sed tecum semper erimus, tecumque
 pergemus ad iudicium. Quod si opera fuerunt bona, etiam mortem reddunt
 bonam, & comitantur ipsam animam, quemadmodum asseruit vox celestis
 S. Ioanni: *Beati, qui in Domino moriuntur: a modo iam dicit spiritus, vt requies-
 cant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.*

QVARE, mala est illa mors, qua occumbit homo in certamine illo victus
 à Dæmone, tradens & subdens se ei, quod execranda eius suggestio persuade-
 bat. de quo dixit Dauid: *n constitue super eum peccatorem, & diabolus fiet à dex-
 tris eius, vt præualeat. Cum iudicatur, exeat condemnatus.* Illa tamen mors bo-
 na est & pretiosa, in qua Iustus ex Dei fauore, & Sacramentorum virtute vi-
 ctorias suas confirmat: vincens vltimas Dæmonis tentationes, Christoque
 Domino nostro vsq; ad mortem obtemperans: quam ob rem exeunti ex hac
 vita, statim (vt ait S. Ioannes) datur ei *opalmā in manibus eius*, tanquam vero
 hostium suorum victori. Ne sis ergo similis peruerso illi Balaam, qui dicebat:
p moriatur anima mea morte iustorum: cum tamen vitam duceret peccatorum;
 sed eorum vitam viue, quorum desideras mortem imitari; & assuesce hoste-
 tuum vincere, dum viuus: vt etiam de eo triumphes, quando morieris.

DENIQUE, sententia est S. Bernardi, quod mors iustorum pretiosa sit
 in conspectu Dei, aut ex causa sola, aut ex vita sola, aut ex vtraque. In Mar-
 tyribus, qui, cum fuissent magni peccatores, repente fuerunt rapti ad Mar-
 tyrium: eorum mors solum est pretiosa, propter *causam*: siquidem ob con-
 fessionem, ac defensionem fidei & religionis Christianæ mortem oppo-
 nunt: sic ostendentes amorem, quem erga Christum habent, pro quo vitam
 suam libenter exponunt. In Sanctis Confessoribus mors est pretiosa: quia
 talis fuit eorum *vita*; vt mundo & peccato mortui, soli Christo viuerent.
 Quod si iidem sanguinem suum pro eo fundant, mors eorum est pretiosissi-

ma ex

Serm. 52. ad
Frat.Lib. de va-
nitate Se-
culi. c. 1.Idem dicit
Hugo de S.
Victore. l. 1.
de anima.
c. 2.in Apoc. 14.
15.

2.

in Psal. 108. 6

o Apoc. 7. 9.

p Num. 23.
10.

3.

Serm. 24.
Paruorum.Mors tripli-
citer bona.

ma ex *utraq*ue parte. quamobrem duplicatum primum duplicesque palmas in cælo recipient. Cùm igitur dignus non sis præstantia mortis ob eius causam: da operam, ut eius præstantiam habeas, quæ oritur ex vitæ sanctitate: ut vel unicum palmam in gloria consequaris.

§. 2. *Triplex mors preciosa ex vitæ præstantia.*

ET si preciosa sit, quæcunque mors in Dei gratia & amicitia contingat: tres tamen sunt magis præciosæ, ob eminentem vitæ præstantiam, cui inuituntur: quæ vitæ, est continua quædam præparatio ad mortem adeo præciosam. & in ea eminent tria genera iustorum, quorum proprietates depingit S. Bernardus in quodam sermone de Peregrino, aut mortuo, & crucifixo. Primi sunt iusti *seruantes*: qui etiam viuunt in *saeculo* onerati officijs & bonis temporalibus ratione sui status, cor tamen eorû illis non adherescit: quia admirandam illam legem Apostoli seruât, dicentis: *quod hoc vobis dico fratres: tempus breue est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint; & qui flent, tanquam non flentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui viuunt in hoc mundo, tanquam non viuunt: præterit enim figura huius mundi.* quod perinde est, ac si dixisset cùm vitæ vestra sit breuis, omnesque res mundi tam prosperæ, quam aduersæ, tanquam ventus transeant: ita viuite ut non patiamini vos eis irretiri, aut ligari. sic enim fiet, ut mors ita præparatos inueniens, sit preciosa in conspectu Domini. Tales sunt illi iusti, qui Deo dicunt: *quoniam aduena ego sum apud te,* & PEREGRINVS: transiens per huius vitæ res, quasi qui velociter currit ad æternam; faciens quod S. Petrus cõsuluit, dicens: *s. Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas, & PEREGRINOS abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.* Tunc (inquit S. Bernard.) viuus in hoc mundo tanquam PEREGRINVS, si via regia diuinorum mandatorum incedas, non declinans ad dextram, neq; ad sinistra; si non te immisceas: rebus terrenis, quæ ad te non spectant; si nihili facias vanitates, & solatia huius mundi; si non patiaris, te à tuæ carnis desiderijs raprari; si te non oneres superfluis: sed vestitû & victum habens, ne sis alijs onerari: sed omne operam dare, ut gloriosum finem tuæ peregrinationi adferas. Denique si totus hic mundus tanquam exilium tibi sit, & peregrinantium hospitium: non erit tibi grate, inde exire. sed gaudebis potius, (ut S. Cyprian. dixit) ob spem ingrediendi propriam tuam patriam, quæ est ipse paradysus. Nam licet in mundo sis, & aduena & peregrinus, es tamen (ut Apostol. dixit) cœlestis aulae ciuis ac *domesticus Dei*, cû sanctis eius: ideoque semper tenebris desiderio eos videndi, quemadmodum idem Apostol. dicebat *u dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino (per fidem, n. ambulamus, & non per speciem, aut clarâ visionem) audemus autem, & bonâ*

Serm. 7. in
Quadrages.

1.

1. Cor. 7.
29.

Peregrin.

1. Psa 1. 38. 13

1. Petr. 2.

Lib. de Moral.

1. Ephr. 2. 19

2. Cor. 5. 5

voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & presentes esse ad Dominū. Et ideo contendimus siue absentes siue presentes placere illi. Viuas itaque cum hoc desiderio Deo placendi toto vitæ tempore vsque ad mortem; & tunc illa erit valde preciosa: quia fides commutabitur in visionem claram.

2.

Mortuus.

SED vlteriùs progrediuntur alij iusti, feruentes scilicet *religiosi*: qui omnibus rebus huius mundi renunciarunt, vt nudum Iesum, nudi sequerentur. Ideoque viuunt in hoc mundo, nõ solum tanquam peregrini, sed etiam tanquam MORTVI. Peregrini enim etsi non admiscuntur ciuibus: aliquando tamen afficiuntur nimis ad res, quas vident, & in itinere audiunt ab alijs; & commoditatibus, quas in hospitiis interdum inueniunt; ideoq; non nihil sentiunt ab eo exire: & quamuis penitus non retineantur, detinentur tamen & retardantur, dum minus memores patriæ, minori accelerant desiderio. At qui se ipsos MORTVOS iudicant, expeditiores sunt ab hisce impedimentis, iuxta illud Apostoli: *MORTVI estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Quis enim magis MORTVVS est, quàm religiosus, qui adhuc viuens renunciat ijs, quæ mors est ablatura? & antequàm moriatur, mortuus est ipsi mudo: renunciat enim iuri, quod aliàs haberet ad nuptias; & dominio diuitiarum, suæque propriæ libertati: constringens se in rerum omnium vsu iuxta Deivoluntatem, & suorum Prælatorum: vt soli Christo viuat. Nam hæc mors eõ tendit, vt meliorem consequatur vitam, quamuis absconditam, in Deo cum ipso Christo, quem imitatur: & cum quo in oratione & contemplatione agit, claram eius visionem semper suspirans. quamobrem horum vita, est cõtinaua quædam preparatio ad *preciosam mortem in conspectu Domini*: & qui abscondet eos in abscondito faciei sue, à conturbatione hominum: ne scilicet eos conturbent res illæ, quæ alios homines solent conturbare.

x Coloss. 3. 3.

y Psal. 15. 15.
z Psal. 30. 21.

3.

Crucifixus.

a Ioan. 11. 18

b Gal. 6. 14.

c Psal. 43. 2.
Rom 8. 36.

SED vlteriùs adhuc (ait S. Bernard.) illi iusti progrediuntur, qui non mortui solum sunt, sed etiam CRUCIFIXI, quod genus quoddam est mortis doloris, & ignominiosæ mundo, inferiturq; à manu alia. Hi sunt, qui non solum sanctitatem amplectuntur: sed etiam propter eam patiuntur persecutionem. Et quemadmodum Christus D. N. S. Petro dixit: non solum a cingunt se ipsos; sed alij etiam ipsos cingunt, & constringunt, affiguntq; arctissimæ cruci: quæ illi lubentes amplectuntur, quemadmodum Apostol. dicebat: *b absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini N. IESV Christi: propter quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: ego enim eum horreo & contemno; & ipse me etiã horret, ac contemnit, & tanquàm crucifixum tractat.* Horum nomine Dauid dixit *c propter te mortificamur tota die, & facti sumus sicut oves occisionis.* & quoniam mortem semper præ oculis habent: eorum vita, est perfectissima ad eandem obeundam preparatio. cumq; vita sit crucis: mors est valde preciosa, nam ex cruce ascenditur ad paradysum: & per illam fit aditus ad regnum æternum. Sed ne

propter-

propterea tristeris, quod tibi desint hominum persecutiones: recordare, quod idem regnum cælorum promiserit idem Christus D.N.d pauperibus spiritu & patientibus persecutionem propter iustitiam: vt significaret, voluntariam mortificationem cum spiritu factam, consecuturam huius regni amplitudinem: etiam si persecutio desit: cum non desit cor, & animus ad eam acceptandam, & tolerandam, si veniret.

Hæ sunt tres mortes maximè preciosæ in conspectu Domini. quare, si tuam cupis esse talem: procuranda tibi est simili vita, bonaq; morte spirituali, quæ illam comitatur. de qua etiam intelligitur vox illa cælestis apud S. Ioan: e beati mortui, qui in Domino moriuntur. qui scil. Christum crucifixum imitantes, ita se gerunt, quasi mundo mortui. Hi enim viuunt in hoc mundo vitam quietam & tranquillam; ab illis afflictionibus liberam, quæ homines huius mundi alias torquere solent: quare bonis operibus diuites consequentur in morte æternam requiem. ad quod iuuerint præparationes in proximo capite subiiciendæ.

CAPVT IX.

TRIPLEX PRÆPARATIO AD PRECIOSAM mortem, & transitum ad æternam vitam.

EX dictis in proximo capite satis liquet, non esse prudentiæ, præparationem necessariam ad bonam mortem in illud tempus reijcere, quo eius periculum imminet, premitq; lethalis egritudo. Est. n. tunc difficillima præparatio, quemadmodum S. August. perpendit his verb. s: *MULTA* tunc occurrunt impedimenta cordi: nam corpus dolet, pœna affligit: quia mors appropinquat. vides intrare filios, quos Pater summè dilexit; vxorem lachrymantè considerat; mundus adhuc ei fiduciã præstat; Diabolus, ne de peccatis doleat, fidem attribuit, & chirographum infirmanti præbet; caro non deficere adhuc satis sperat; medici adhuc, vt lucrentur, ipsu cõfortant; cognati applaudunt; sacerdotes alliciunt; adeoq; oës circa corporis salutè procurandã occupantur; vt locus non sit attendèdi serid, & vt oportet ad salutè animæ. magis enim attendit infirmus, quomodo possit à morte liberari; q̃ det operam, vt illa sit bona. Quæ cū tanti sint momèti, vt supra est dictum, iustissimum est etiam, diu ante nos ad illam præparare; & in hac re ad eò sollicitos esse, vt nec tempori nec labori parcamus. Potest verò in triplici tẽpore hæc præparatio fieri. *PRIMA* est generalis per totu vitæ tẽpus; *SECUNDA* specialis, certis cuiusq; anni tẽporibus, *TERTIA* adhuc magis specialis, cū ipsu mortis tẽpus propè accedit. *PRIMA* præparatio fit, ita semp viuendo, quasi iam mors imminet, & quasi dies quilibet sit vltima. *SECUNDA* n fine cuiusuis anni, præparando te per dies 8. quasi illi essent futuri vltimi.

d Matt. 5.3
10.

e Apoc. 14.
13.

Serm 48 ad
Fræ. in
Eremo.

Alorbi diffi-
cultates.

“
“
“
“
“
“
“
“

Triples præparatio.

a Matt. 25. 10.

1. a Luc. 12. 55. Lumbi præcincti.

Lib. de bono mort. 6 3

2. Lucerna ardenes.

3. Expectantes Dominum. b Marc. 13. 35.

Tertia, statim atq; incipis infirmari, tēpestiuē faciens quæcunq; fertens & perfectus Christianus in simili periculo cōstitutus merito faceret: vt mors benè dispositum & præparatum inueniar. Et quamuis hæc vltima, maxime sit necessaria, tamē quoniā hoc tempus est omnino incertam; quia nescis an mors irruat repente: vt hæc præparatio tibi non desit, necesse est, primam non negligere, & assuescere secunda: ne tibi quod a *fatuis virginibus* eueniat, quæ lampades suas præparare neglexerunt: *veniente* autem repente *Sponso*, eas præparare non potuerunt: ideoque à nuptijs sunt repulsæ: ad quas admittæ fuerunt prudentes, quia fuerunt paratæ.

§. 1. *Prima præparatio totius vitæ.*

PRIMA PRÆPARATIO consistit in tribus illis, quæ Christus D. N. nobis cōmendauit, cum monuit, vt semper vigilaremus. quorum primum est, vt sint *lumbi nostri præcincti*: ducendo scil. vitam non laxam, sed ita ordinatā, vt sit continua quædam vitiōrū omniū, & passionum nostrarum mors: mortificando quamcunq; malā cogitationē, & incidens desiderium; acceptando verò, promptè quamcunq; Deus nobis miserit, crucē. In hoc. n. sensu intelligitur illa sententia D. Ambros. dicentis: vitā iusti, esse imitationem mortis: Quemadmodū faciunt *tria* genera iustorū, quos proximo capite retulimus: quorum vitæ strictè valdè sunt præcinctæ: vt qui se tanquā *mortuos* tractēt: ac propterea semper iunt ad mortē præparati. Sed quoniā non sufficit, mortificare q. malum est, adiecit: vt *lucerna ardenes sint in manibus nostris*: exercendo scil. opera sancta, in quibus eniteat lux, veraq; diuinorum mysteriorū cognitio, & ignis, æstusq; amoris Dei, & proximo. Debent autem esse in vtraque manu, *dextra & sinistra*: eò quòd huiusmodi opera exerceri debeant in omni tempore, *prospero & aduerso*. Nec sufficit, quod in aliorum manibus sint, sed in *proprio*: quia non satis est, opera iustitiæ & misericordiæ præstare, aut exequi, per testamentarios. cum possumus, ac debemus ea per nos ipsos exercere. *Tertium* est. vt parati omnino simus. *expectantes Dominum nostrum*, venturum ad rationem à nobis exigendam: ita vt nunquam obliuiscamur mortis nostræ, eiusq; aduentus: quia nō scimus an *h. sit venturus sero, an in media nocte, an galli cantu, aut mane*: in *puertia* scil. aut *iuuentute*, aut *virilitate*, aut in *ipsa senectute*: nam in quacunque ætate simus, totū id facere debemus, quod, morte in ea adueniente, vellemus nos fecisse. Quemadmodum itaque huius mundi potentes adificandū viuunt, capellas, & sepulchra preciosa, in quibus ipsorū corpora post mortē deponantur: ita tu adifices in vita insigne palatiū in celo. in quo statim post mortē anima tua collocetur. Et quemadmodū oēs cupiunt in propria sua domo, & in lecto proprio mori, inter amicos, & notos, qui illis in talibus angustiis cōstituris adfunt: ita tu intra cor tu. adifices domū lectum, in

quo

quo veris amicis & consolatoribus (qua bona sunt opera) circumdatus, vltimā diem claudas. quemadmodum S. Iob dicebat: *in nido meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.* Quod, idem est, atque si dixisset: in medijs meis prosperitatibus, non oblitiscerem mortis: semper enim a edificabam & praprabam nidum, siue lectum, in quo eram motiturus: vt victor ex eo euaderem: ita dies meos, meaque opera multiplicans, vt eorum palmam & præmium obtinerem. Vt autem intelligeretur, quo modo nidum illum ædificaret, ac praprabaret, alia versio habet: *multiplicabo dies sicut phenix:* quam S. Cyrillus & multi alij sancti dicunt, esse resurrectionis symbolum, quam speramus; & rationis, siue modi, quo possimus ad fruendum eius fructu peruenire, quia vivit (inquiunt) plurimos annos: quando autem præsentit imminere sibi mortem, conficit prius nidum ex fragrantibus lignis: in quo medio se collocat, aspiciens rectissime solem, cum maxime feruet: cum calore alas suas ipsa quatiente, ignis accenditur: quo ipsa tota comburitur, & in cineres redigitur: ex quibus vermis prodit, qui in nouam Phœnicem conuertitur: qua, figura est corporis resurgentis, renouati, ac gloriosifiquando bona præcessit mors, ob prapparationem bonam, cuius figura est id, quod ipsa Phœnix facit. Ad cuius imitationem merito debes te per totius vitæ decursum, *duplex* operum genere praprabare. alijs quidem vitæ *actiua*; ædificando nidum tuæ CONSCIENTIÆ operibus gloriosis, & fragrantibus: vt cum illis in Domino moriaris. Quæ fabrica construitur ex obseruatione diuinorum præceptorum & cōsiliorum, quemadmodum diximus. Quando autem cōijcis, te ad finem appropinquare, debes accelerare magis huius nidi fabricam: vt ex securitate, quam bona conscientia pollicetur, sit mors ipsa tranquillior. *CORDIS* quoque nidus praprandus est operibus vitæ *contemplatiua*: exercendo te valde frequenter in aspiciendo recta luititia *Solem*; teque in eius conspectum dando: vt illum semper habeas in tua memoria, quemadmodum dicebat Dauid: *d sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum; & sicut oculi ancille in manibus Domine sue: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri nostrasque miseras in æternum te paret.* Hic autem aspectus, *quietus* omnino esse debet, & *benedicentius*: qui attentis & seruentibus meditationibus penetret mysteria diuina: quatendo affectuum & petitionum alas: donec e cor ipsum *conualescat*, & in meditatione tua magnus diuini amoris ignis exardescat: qui te totum inflāmet desiderijs ei seruiendi, ac obediendi: vitam etiam, & quidquid habes, si opus fuerit, vt ei placeas, libenter offerendo. Quemadmodum igitur Phœnix, ad se renouandam, offert intra suum nidum, perfectum quoddam sui ipsius holocaustum, cum tota igne contumitur, nō exiliens ex nido, etiam si comburi se sentiat; donec tota in cineres conuertatur: ex quibus vermis ille

c Iob. 29. 13.

Phœnix.

Catechesi. 18.

S. Clem. PP.

lib. 2. ca. 6.

Tertul. de

Vide Resur-

rect. c. 13.

Laetant. &

alij quos re-

fert Pined.

in c. 2. ver.

18. & c. 19.

ver. 5.

Plin. lib. 7.

c. 48.

1.

Actiua vi-

ta.

2.

Contempla-

tiua.

d Ps. 122. 2.

c Psal. 8. 4.

3.

Holocaustum.

oritur, qui postea in Phœnicem alteram renouatam conuertitur ita diuino hoc igne in nidum cordis tui debes perfectum quoddam tui ipsius holocaustum Deo offerre ac tradere fortunas omnes, honorem, sanitatem, ac vitam: ex animo optans, omnia pro eius seruitio consumi. Debesq; te ipsum quasi annihilare; carnem tuam, etiamsi grauitur ferat, mortificando; & quacunq; pœnam, & labores acceptando, qui necessarij erunt, vt illi ipsi moriaris fortunata ac fœlici hac morte, quam diuini amoris ignis efficit: donec in cineres, & in nihilum conuertaris, & ad perfectissimam humilitatem peruenias, ob miseriam, quam ex te ipso habes, & adhuc maiorem, quam tuis culpis adiecisti. Et tunc orietur viuus *vermiculus*, qui renouationis iniciũ dabit. quia orietur in anima tua viuum & efficax desiderium in omnibus, & per omnia Dominum imitandi, qui dixit: *fego sum vermis & non homo, approbriũ hominum, & abiectio plebis;* & de quo Scriptura dicit, quod cum esset *g sapientissimus princeps inter tres, ipse sit quasi tenuerrimus ligni vermiculus.* Nã cum ipse verè sit sapientissimus, & vna ex tribus personis *h exinavit semetipsum, formam serui accipiens;* & in ligno crucis moriens, perfectissimum sui ipsius, honoris, & vitæ holocaustum obtulit: donec tanquam vilissimus vermiculus tractaretur. Ad cuius imitationem dabis operam, vt quoscunq; contemptus feras, & amplectaris, desiderans ab omnibus calcari, tanquam vermiculus; agnoscens, quam parum sis, & promerearis. Siquidem tanquam vermis vix potes, vel vno passu progredi, nisi repens per terram, cum periculo amissionis animæ tuæ. Cum autem hoc modo te humiliaueris & abieceris, eris benè ad mortem præparatus. vtpotè, peccato, mundo, amori proprio, tibi que ipsi mortuus. statim verò post mortem corporis, anima prodibit renouata, vt æternum viuat in gloria, ad similitudinem Christi glorificati. Amplius hoc declarauit Sanctus Hieronymus dicens: Sanctus Iob corpus suum & exteriorem hominem appellasse *nidum*: in quo vitijs mundi, eiusque cupiditatibus continuè moreretur: vt æternum in resurrectione viueret.

§. 2. *Secunda præparatio annua.*

EX his licebit colligere modum & rationem faciendi præparationem secundam, annuam scilicet vilissimam, per octo, aut quindècim dies te ipsum occupando in *tribus* præcipuè rebus, quæ perfectam spiritualem *mortem* efficiunt: ex qua oritur interior *renouatio*. Quemadmodum enim mors corporis resurrectionem suam præcedit: ita fœlicissima hæc mors; siue tui ipsius mortificatio renouationem tuam præcedit, vt Phœnicis instar perfectissimam ducas vitam.

PRIMUM igitur facienda est generalis confessio totius illius anni, vt rationes cum Christo Domino ita fœliciter conficiantur, atque si ille an-

nus,

4.

f Psal. 31. 7.
g 2. Re. 23. 8
h Phil. 2. 7.

In Iob. 29.

I.
Generalis
confessio.

nus, imò & ipse dies esset ultimus. si enim *serpens*, vt supra dictum est, singulis annis antiquam pellem mutat, per angustum transiens foramen: quid mirum, si tu eius prudentiam imiteris, & singulis annis senectam exuas anni præcedentis: ne te mors apprehendat veteri homine vestitum, qui in igne purgatorio sit omnino comburendus: quamobrem meritò etiam examinabis omnia, in quibus totius anni decursu senectutem contraxeris, vt enim ait S. Gregorius à *feruore mentis vel inter spirituales inimicos, vel inter carnales quosque proximos, ipso viuendi usu aliquo modo veterascimus; & assumpta nouitatis speciem fuscamus*. Quam vetustatem cum deprehendis, studendum tibi est, vt succendas diuini amoris ignem, qui eam consumens, cor tuum renouet. Aqua (inquit idem Sanctus) *vetustate quotidie, si studio circumspectionis inuigilamus, orando, legendo, benè viuendo, renouamur: quia vita nostra, dum lacrymis lauatur: bonis operibus exercetur, sanctis meditationibus tenditur: ad nouitatem suam sine cessatione reparatur*. Ille verò meditationes ad id efficaces erunt, quæ de *Novissimis* instituuntur; aut de vita & passione Christi Domini; aut de eius *beneficiis & diuinis perfectionibus*. Nam si *DEVS* (vt ipse dixit S. Iob) hunc instinctum *accipiri* indidit: vt singulis annis *plumesceret, expandens alas suas ad Austrum*, cuius calore pori aperiuntur, & veteres plumæ cadunt, recentes verò prodeunt: rationi consentaneum est, (ait Sanctus Gregorius) vt ad orationis & meditationis exercitia recurras: in quibus, spiritus sancti Austro flante, alas tuas expandas ad pios discursus & affectus; tantumque spiritualem calorem concipias, quo usum vetustæ conuersationis abijciens, noui hominis formam induas, iuxta Apostoli consilium, dicentis: *I expoliare vos veterem hominem cum actionibus suis, & nouum induite*.

CONCLVDES denique annuam hanc præparationem sacra communione, ad eò feruenti, atque si verè sumeres *viaticum*, transiturus ad aliam vitam: renouatus, vt supra diximus, quemadmodum *Aquila*; valdeque animatus ad resistendum omnibus hostibus, & vterius progrediendum in perfecta imitatione hominis noui, Christi Iesu: in qua consistit perfecta renouatio interior, bonaque dispositio ad securè sperandam bonam mortem. quæ, cum appropinquauerit, inuenies *nidum* tuum mundum, exornatum, & fragrantem: qui valde te confortabit in illa hora in qua maiori adhuc feruore adijcies quod deest, vt mors tua sancta sit: & preciosa.

COGITA: non sine magno mysterio fieri in lege veteri mentionem *duarum* generalium circumcilionum, quas *DEVS* toti suo populo commendauit. *Alteram*, postquam exijt Abraham ex terra sua, & domo Patris suis cum ei dixit: *ns ambula coram me & esto perfectus: alteram*, quando Iosue inducere

Lib. 19. Moral. c. 16. ad finem.

2. Meditatio.

k Iob 39. 26

Lib. 31. Moral. c. 18.

I Colof. 3. 9.

3. Tract. 4. r. 8. S. Communio.

m Gen. 17. 1.

n Iosua 5.9.

Duplex cir-
cumcisio.Prima ini-
tio.Hec annuè
reperenda.Secunda in
fine.

o Mat. 18.8

ducere volebat filios Israel in terram promissionis; postquam ab exitu ex Aegypto, per quadraginta annos ambulauerat in deserto. qua circumcisio-
ne (quam secundam appellat) peracta, dixit Dominus ad Iosue *n hodie ab-
stuli opprobrium Aegypti a vobis*: præputium scilicet, quod ex Aegypto attuli-
stis, quam ob rem dignifaciti estis, qui in terram à me promissam ingredia-
mini. Hunc ergo in modum in lege noua commendat Christus Dominus
duas circumcisiones, non carnis, sed spiritus; non corporum, sed cordium;
quibus circiduntur & abijciuntur ex eis peccata, & vitia omnia; omnes
que passionis & affectiones inordinatae. *Prima* fit initio feruentis nostrae
conuersionis: cum scilicet vocatio diuina eduxit nos è mundo, & paternam
domo, vt coram ipso ambulemus, simusque perfecti: quae per totam vitam
debet continuari, & exactius adhuc singulis *annis*. Nam quemadmodum
arbores & vites, quae singulis annis fructum adferunt, singulis etiam annis
indigent putatione, qua superflui rami & palmites amputentur, vt anno se-
quenti fructus proferant copiosiores: ita tu, etsi semper in bonis operibus
exercearis: aliqua tamen annua putatione, & circumcisioe rerum super-
fluarum indiges. Quod cum tanta perfectione meriti facies: vt Dominus
tibi dicere possit: *hodie abstuli opprobrium Aegypti à te*: conlumendo scilicet
peccatorum tuorum reliquias, & mores hominis veteris: & in tuum hono-
rem conuertendo, quod in mundi oculis *ignominia* iudicatur: eò enim co-
ram mees gloriosior, quò magis circumcillus, tibi que ipse mortificatus vi-
uis: honori tibi ducens hanc mei amoris causa mortificationem.

S E D nihilominus vult D E V S, *secundam* aliam circumcisionem fieri
generalem, ad finem vitae, postquam per huius peregrinationis desertum
est ambulatum: cum scilicet prope est iam aditus ad terram promissionis
aeternae. qua circumcisioe res omnes superfluae abijciantur, quae aditum
impediunt possunt in felicissimam hanc terram, lacte, & melle aeternorum
solatorum manantem: *ultima* adhibita præparatione necessaria, ad statim
eo perueniendum; vbi aeternum eis fruamur.

§. 3. Tertia præparatio imminente iam morte.

V L T I M A M hanc præparationem, & generalem circumcisionem,
quam illa exigit, auspiciatur Deus D. N. ab ipsa lethali aegritudine:
quae acutissimi instar ex petra dura *cultri* scindit, & circumcidit, ac e-
uellit ex corde inordinatas omnes affectiones, quae ad personas & res alias
huius vitae remanserunt; quasi ad oculum videat, se prope iam esse, vt eas oēs
deserat. ideoque facillime se ab eis expedit, quando iam ad salutem suam af-
securandam est necessarium, Eligens, *cum vno oculo* potius, aut *o vno pede*, &
manu intrare in regnum caelorum; quam *duos oculos*, aut *duos pedes habentem*

mitti

mitti in gehennam. Quamobrem condendum tibi est statim *Testamentum*, ac de tuis omnibus rebus cū prudentia, iustitia, & misericordia disponendum, maiori attentione ac sollicitudine attendendo ad res *animæ*, quam corporis; ad res, quæ sunt *præcepti*, quam, quæ consilij; ad res *domesticorum* quam externorum: & vnamquamq; rem eo ordine, loco, & gradu suo collocando, vt omnē tollat confusionem: ne occasio remaneat discordiarum, contentionum, aut litium. Sed quoniam in illius tēporis angustijs hoc totū, vt plurimum, non ita benè disponitur: magnæ prudentiæ erit, illud sanitatis tempore disposuisse, in quo pauciores sunt occupationes, quæ impediant: vt ita ægritudinis tempus liberū ab hac occupatione relinquatur: & attendatur magis ad ipsammet animam, pro sua profectioe melius disponendam. Circa quod duas regulas siue documēta generalia magni momenti obseruabis. PRIMVM: vt quidquid tempore sanitatis expedire potes, ne differas ad tempus infirmitatis, si enim tēpore sanitatis non est tam fortis, vt tuam vincas ignauā, & torporē: nec occupationes remoueas, quæ hanc tanti momenti pro anima tua impediunt: quam fortitudinem in ipsa ægritudine habebis, cū vires erunt minores, & occupationes vrgebūt magis: tum enim vel sola attentio ad corporis sanitatē, rapit ad se totum spiritum. Sanctissimus erat Rex Ezechias: quando tamen Isaias Propheta illi dixit: *p dispositione domui tue, quia morieris*: ad eū hunc ictum sensit, vt dorsum verteret ipsi Ptophetæ; & nihil de testamento, aut dispositione domus suæ cogitans, totum se lachrymis fundendis occupauerit, petens à Deo sanitatem & vitam; nec ab hac occupatione cessauit, donec impetraret, quod petebat.

ALTERVM documentum est, vt quidquid per te ipsum in vita possis exequi, ne id exequēdi curam alijs, post mortem tuam relinquant: si enim tu in rebus tuis proprijs es ignauus; quomodo alij gnaui erunt ac diligentes in rebus quas reputant alienas: & fortè iusta Dei punitio permittet, tuos amicos obliuioni tradere executionem tuarum obligationū: siquidem tu, qui magis tibi amicus & addictus, quam illi esse debebas, nullam de disti operam, vt eas, cū posses, executioni mandares. Multò igitur facies prudentius, si sanctum illum senem Tobiam imiteris; q *qui cū putaret orationem suā exaudiri, vt mori potuisset*, constituit cum filio suo, de suis omnibus rebus; & opportunè aliquarum executionem direxit.

POST expeditum testamentum, sicut dictum est, vt generalis circumcisio rerum omnium, quæ aut impedire, aut retardere te ab ingressu in calum possent, perficiatur, suscipienda sunt Sacramēta, ad id destinata. & quidem *Confessio* meritò erit *generalis* ab vltima saltem generali, quam fecisses: vt rationes vitæ tuæ foeliciter cum Christo D. N. expediantur, iuxta ea, quæ in tertio Tractatu sunt dicta. tēpestiuè quoq; *Viaticum* est sumen-

.I
Testamentum.

Mature
conficiendum.

P I saia 38. i

No demandas alijs,
quod ipse facere potes.

Tobia. 4. i

Confessio
generalis.

Viaticum.

Extrema
Unctio.

1 osue 5. 9.

3.

Virtutum
actus.
Cant. 1. 16.

1 Psal. 11. 9.

2 Psal. 41. 2.
Iaculatoria
Orationes.

x Psal. 121. 1.

y Psal. 141.
8.

z Psal. 15. 13.

Ioan. 18. 5.

Mors Chri-
sti.

dum & Sacramentum *Extrema Unctionis*; quo peccatorum reliquiae ab-
scindantur, quae per sensus sunt ingressae: additis interim ac reperitis sacri-
feruentibus contritionis actibus; vt dignus inueniaris, qui verbum illud
audias: *1 hodie abstuli à te omnia opprobria Aegypti*, ideoque aditus tibi patet,
vt statim in caelum ingrediaris, quod tibi promisi.

EODEM tempore danda tibi est opera, vt cordis tui lectum exornes Ele-
mosynis, orationibus, sacrificijs, alijsq; pijs operibus, & varijs virtutū exer-
citijs. His enim omnibus peractis licebit tibi cum aliqua confidentia Deo
dicere quod suo dilecto dixit Sponsa: *lectus noster floridus*, quasi illi dixisset:
si vis, Domine, ad me venire, vt perpetuò in corde meo requiescas, & ego
in tuo iam lectus hic vtriq; communis floridus est, exornatus scil. fragran-
tibus virtutum floribus, quas tu ei tribuisti & ego cum gratia tua acquisiui.
Tunc etiam licebit, tanquam Phenix, rectissime aspicere iustitiae solem Ie-
s u m Christum Seruatorem nostrum & expandere in eius conspectu desi-
deriorum, & affectuum tuorum alas, supplex orans, vt tui miserus, ad cla-
ram sui visionem admittat, eandē suspirans & gemens, amanterq; conque-
rens, quod differatur: quemadmodum Dauid dicebar: *1 Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: diu habitavi cum habitantibus Cedar*, miserum scil.
hunc mundum: *multum incola* & tanquam exulsit anima mea. Item u qui ad-
modum desiderat ceruui ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te Deus, ali-
quando verò te ipsum ad latitiā excitabis, quòd videas, iam vltimam horam
appropinquare: dicesq; cum eodem Dauide: *x Latatus sum in his, quae dilla-
sunt mihi*; quia in domum Domini ibo. Aliàs tædio quodā, ac defatigatione
huius vite affectus, ob pericula deficiendi in perseverantia, dices: *y educ Domine de custodia animam meam, ad consuetudinem nominis tui*. Nam te hoc modo
alas cordis tui expandente & quatiente, accendetur in te ignis diuini amo-
ris: quo in ea hora perfectum tui ipsius holocaustum Deo tuo offeras: tra-
dens ei oēs tuas fortunas, vitam, & animam: & integra ac perfectissima reli-
gnatione spiritum tuum in eius manus commendans. Et sic latitia & con-
solatione plenus ex hac vita decedes, vt in aeternae requiē ingrediaris. O fa-
licem vitam, cuius finis est mors adeò foelix & beatam mortem, in qua bo-
na sanctaq; vita finitur: verè enim *z preciosa est in conspectu Domini mors san-
ctorū eius*, qui scil. in cruce Christi nido, sanctorū operū aromaticis specie-
bus exornato moriuntur. Talis fuit Sancti Sanctorum mors; & quidem cū
singulari inter oēs excellentia, sicut est ipsius auis Phœnicis: ad quam is per
totam suam vitam se preparauit; sed multò adhuc magis in nocte vltimae
Cœnae: in qua multa heroica humilitatis & charitatis opera in suos disci-
pulos exercuit: & expandens in ipsa cruce suorum affectuum alas, & pro
suis persecutoribus, & omnibus hominibus, clamore valido orās, mortuus
est in

est in

est in suo nido tormentorum igne inflammatus quem sui amoris ignis accenderit: quo perfectissimum sui ipsius holocaustum Patri obrulit. Talis etiam fuit Sacratissima Virginis mors, quæ verè fuit Phœnix singularis sanctitatis inter omnes puras creaturas: cuius vita fuit perfectissima quædam virtutum omnium imago & exemplar: quibus confecit sibi præclarissimum nidum: in quo amoris igne accensa; ut eum videret quem tanto perè diligebat, viuendi finem fecit: Talis quoque fuit mors Sanctorum Apostolorum & clarorum aliorum Sanctorum: qui aliquo etiam modo fuerunt sicut auis Phœnix, ob singularem in aliqua virtute excellentiam. quibus *viuere Christus fuit*; ideoque *mori lucrum* sibi reputarunt; Si igitur velis cum eisdem mori: necesse est & viuere, & perseuerare cum eis. quod si dicas: *moriatur anima mea morte iustorum, & sicut nouissima mea horum similia*: Ne hic listas sicut Balaam, sed adde: viuat anima mea vitam iustorum: mea que ad mortem præparatio sit eorum præparationi similis: ut similem cum eis coronam accipias: quos viuendo, & perseuerando fuisti imitatus: Noli tui nidi constructionem in horam mortis reijcere; ne fortè tunc locum ad id faciendum non inuenias: quemadmodum fatuæ illæ Virgines non inueniunt ad suas lampades exornandas: led nunc illum exstrue: ut possis securus mori. Et quamuis corpus tuum in cineres conuertatur, viuet tamen: ac sincera fide crede, quod renouabitur sicut auis Phœnix: quia Deus illud ad gloriosam, & immortalem vitam resuscitabit. & tunc implebitur in te, quod dixit Dauid: *Iustus sicut palma florebit, & sicut auis Phœnix, plantatus in domo Domini, in atrius domus Dei nostri, eiusque sancta gloria, in æternum florebit,*
Amen.

FINIS PRIMI TOMI.



B. Virginis.

Sanctorum

Psal. 1. 21.

Num. 23. 10

Bene uiue
ut bene mo-
riaris.Psal. 91. 13.
Tertullian.
ita legit.